


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

2 · 6 · 88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

A

XXIX

WEISE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88



2. 6. 88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

B. I. 8

SCHEDIASMA CURIOSUM DE LECTIONE NOVELLARUM,

In Illustri ad Salam Augustéo
propositum.
Nunc publici juris fecit,
et
NUCLEO NOVELLARUM
HISTORICO,
Nec non
GENEALOGIA COMITUM LEININGENSIUM,
qvam non omnino plenam in suis Tabb.
exhibuit Rittershusius
auxit

CHRISTIANUS WEISE,
In Augustéo Polit. Prof. Publ.

Nov



Cum Gratia & Privilegio Elect. Saxon.

Sumptibus CHRISTOPHORI ENOCH Buchta.
WEISSENFELSÆ,
Excudebat JOH. Brühl/ Aug. Typogr. MDC LXXVI.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88



AUDITORIBUS MEIS
SALUTEM ET INDUSTRIAM.

AD vos tendit, qvicqvid de Novellarum utilitate, præstantiâ & usu à me scriptum est. Nihil enim vel inter arcana schedarum mearum sic est reconditum, qvin vestris qvotidie pateat commodis: cur nolim id vobis potissimùm commendare, qvod in curiosa eruditione magnam semper facit paginam? Eqvidem sunt aliqvi antiqvarum literarum usq; ad superstitionem studiosi, ut vel micam novitatis admiscere, nefas putent qvovis parricidio deterius. Ego tamen, ut antiqva veneror, sic nova tùm jucunditatis tùm necessitatis causâ amplector: et qvo spectare soleam, intellexerunt ii, qvos Curtii Lectionem cum interpretatione Historiæ meæ fundamentalis docui conjungere. Nimirum hoc nolim à vobis ex informatione meis digressis ingeminari: nihil esse propositum, qvod faceret ad vitam; tentatum, non qvantùm discere, sed qvantùm oblivisci possetis:

con-

consumptam esse chartam, diffusam memoriam, elapsum tempus; uno verbo, periisse didactrum. Qvamobrem, sicut Collegia mea mere solent esse practica, hoc est futuris usibus consecrata; ita non possum facere, qvo minus Novellarum curam publicâ hac epistolâ deprædicem. Siqvidem hoc studiorum παρέργῳ *qvi non delectatur, eâdem operâ humanæ societati renunciet, ac in extrema solitudine qværat ignorantiæ patrocinium. Videtis autem in hoc schediasmate, qvantum curiosi laboris cumulum struat, qvi solas urget Novellas: adeoq; nunc vestri fuerit muneris, id agere, cui præsens favet occasio. Certè enim, qvi vos ornare cupio, vix videor meruisse, ut nihil proficiendo sitis adversus meam sedulitatem injurii. Faxit DEus ut semina passim sparsa, in fructum Posteritati salubrem emergant, ac appareat, non sine omine, Gymnasium ab AUGUSTO PRINCIPE fundatum, in publicis tabulis vocari AUGUTUM. Vos interim valete: sed cur valere vos jubeam? Salvete & proficite. Dab. è Muséo d. 17. April. M DC LXXVI.*

Qvem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88



I.

QVem usum habeant Novellæ, & qvibus adminiculis earundem lectio soleat juvari, breviter dicere aggredior. Operæ enim videtur pretium inspicere negotia, qvæ tot legentium sedulitate tractantur. Nec inutilem hanc curam sentient Studiosi, qvorum interest, in hoc ipso curiositatis Studio, non vinci à Mercatoribus, qvi jamdudum titulo non penitus vano, audiunt Novellarum Custodes.

II. Loqvor autem de Novellis, qvæ à Posterum Magistris passim colliguntur, & excusæ, in nostras deveniunt manus. Licet enim certiora è familiaribus literarum commerciis intelligant Aulici, Eruditi & qvicunq; magnis impensis aucupantur novitates exterorum. Qvia tamen ea paucorum notitiam non egrediuntur, nec cujusvis est, universam Orbis conditionem correspondentibus undiq; amicis complecti; facilè apparet, cur plures ad publicum hoc & commune Curiositatis adminiculum confugiant.

III. Eqvidem non desunt argumenta, qvæ novitates ejusmodi parum abesse à vanitate doceant. Nimirum inter tot partium studia, inter tot incertæ famæ aucupia, veritatem velle sectari, nihil esse videtur aliud, qvam in crepusculo qværere meridiem. Adde, qvod plerunq; literas imperitorum, fortassis exiguo cum Judicio scriptas amplectimur pro oraculis, novellasq; inde exsculptas exosculamur pro historiis. In-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

terim si undiqvaqve perfectionem asseqvimur, non qvantam volumus, sed qvantam possumus; in hac etiam sectandarum novitatum sedulitate suffecerit per medias fallaciarum spinas, unam vel alteram adhuc decerpere rosam.

IV. Utinam qvibus novellarum compilandarum contigit provincia, si discernere à falsis vera neqveunt, iis tamen narrationibus chartam non implerent, qvæ sine legentium dispendio possent omitti. Hoc enim est, qvod Capitolinus *in Macrino c. 1.* in Junio Cordo historico non amplius superstite improbat, *minima qvæqve fuisse persecutum: qvasi vel de Trajano, vel de Pio, vel de Marco, sciendum sit, qvoties processerit, qvando cibos variaverit, & qvando vestem mutaverit, & qvos qvando promoverit.* Simile Judicium laudatus Capitolinus habet *in Gordianis cap. 21. Hæc,* inqvit, *de Gordiano juniore digna memoratu comperimus. Non enim nos talia dicere voluimus, qvæ Junius Cordus ridiculè & stultè composuit de voluptatib⁹ domesticis, cæterisq; infimis rebus; qvæ, qvi velit scire, ipsum legat Cordum, qvi dicit, & qvos servos habuerit unusqvisq; Principum, & qvos amicos, & qvot penulas, qvotve chlamydes: qvorum scientia nulli prodest.* Imperatorem Commodum ridet Lampridius *cap. 11.* qvod is, *cum ludum gladiatorum semper ingrederetur, qvoties ingressus est, publicis monumentis indi jussit.* Plura non addo, siqvidem liberum est has λεπτολογίας non legendo transilire.

V. Specto potius Utilitatem, qvam Novellæ qvamlibet inordinatæ legentibus suppeditant; & qvam in Geographicis, Genealogicis, Historicis, Politicis, in omni deniqve Eruditione vel directè vel indirectè excitant. Videamus de singulis separatim.

VI. Ast anteqvam à Procemio discedam, qværere possit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

possit aliqvis, *qvod ego novellarum exemplar præ cæteris legi cupiam?* Mira enim hactenus, etiam in vicinia nostra, emersit varietas. Interim qvàm periculosum sit eos contemnere, qvorum scripta ad singulorum oculos prorunt, ante hos tredecim annos Vir Clarissimus intellexit, qvi qvoad rem Turcicam Novellarum auctoribus adhibuerat censuram. Sanè si votis agere liceat, velim in hoc qvidem loco Polonica & aliqvam partem Austriaca discere à Vratislaviensibus, Septentrionalia à Lubecensibus, Anglica ab Hamburgensibus, Gallica à Francofurtensibus. Cùm verò tantus apparatus cuivis non contingat, nullos sperno, ita tamen ut *Lipsiensium* præ reliqvis præstantiam non dissimulem, qvippe in qvibus universæ Europæ negotia accuratiùs attinguntur. Adde, qvod accedens Professoris censura, licet in ipsam veritatem non possit inqvirere, id saltem cavet, ne periculosa judicia, aut sermones in præjudicium patriæ vergentes admisceantur.

VII. Est tamen, cur legi velim *Parisiensium Gallicas* & *Coloniensium Latinas*. Gallicæ enim, non modò ob recentissimam styli elegantiam, Lingvæ curiosis aliqva notanda suppeditant, sed etiam ob innatas gentis sive argutias sive facetias, judicium lectori non injucundum subjiciunt. Dici verò non potest, qvàm mordax hoc bello adversus Germaniam semper fuerit hæc scribendi licentia, ut nunc, versâ præter ipsorum votum fortunâ, scire liceat, qvibus formulis intempestiva arrogantia debeat exagitari. Latinas ideò soleo recomendare, qvod stylum habent negotiis publicis in Imperio nostro aptissimum. Cùm enim in Actis publicis magna sit necessitas Latinæ Lingvæ; neq; tamen ex Cicero-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

cerone discas, qvibus verbis aut phrasibus personæ, jura & actiones exprimantur; futuro Politico insigne accedit emolumentum, si qvasi aliud agens Lingvæ, ut ita loqvar, Politicæ acqvirat notitiam. Sed pergo ad ipsum institutum.

CAPUT I.
DE USU NOVELLARUM IN GEOGRAPHICIS.

I.

NOvellæ Geographiam non docent: sed tamen multos, ut eam incipiant discere, permovent; plures, ne oblivioni tradant, perpetuo hortantur. Et habet hoc fatum Geographiæ tractatio, ut qvorsum convertuntur bellorum strepitus, ejusdem regionis non oppidula modò, sed pagi etiam, curiosis oculis è speciali Tabula exqvirantur. Nec negabunt harum rerum satis callentes, se hôc demum bellô Sinshemii, Illkirchii, Seneffii, obscura alioqvin nomina observasse.

II. Prima igitur Utilitas est Studii Geographici commendatio; altera ejusdem continua repetitio. Nemo enim legit narrationem, nisi præfixam in titulo videat urbem, unde perscripta est. Nemo de expeditione bellica qvicqvam accipit, nisi de fluminibus, sylvis & montibus aliqva simul notet, qvæ magnum in bellis momentum habent. Ac proinde aut intelligere volumus, qvæ legenda proponuntur, aut nudâ lectione contentis, non qvantum intellexerimus, sed qvantum legerimus, stultè lubet circumspicere.

III. Sanè ut ipsius Geographicæ adminicula hôc lo-

co

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

cô aperiam, non eſt opus, cum id ante me jam fecerit Nobiliſſ. Becmannus *in Hiſtoria Orbis Terrarum Geographica & Civili, qvam Francofurti ad Viadrum 1673. non præfixô nomine vulgavit.* Is enim *Capite primô* nihil intactum relinqvit, qvod in hoc genere ſive tyronibus, ſive profectioribus qveat conducere. Ubiq; verò ſic procedit, ut librum multiplici jure vocare poſſis Clavem legendarum novellarum.

IV. Unicum hoc moneo, nihil æqvè ad hujus ſtudii perfectionem facere, niſi perpetuam Tabularum perluſtrationem. Præſertim ſi ad ductum Furnerii littora marium ac ripas fluminum ſeqvaris, qvibus in univerſo Tabularum ordine nihil eſt ſpectabilius aut inventu facilius. Nimirum qvæ in nuda collocantur memoria, gladiatoriam hanc teſſeram poſtulant: *REPETE.*

V. Qvod ſi adhuc in ipſis Tabulis ſ. Mappis occurrat levis error, parùm damni exinde redundare poteſt in noſtrum hoc inſtitutum. Siqvidem Geographia inſtrumentum nobis eſt, ad intelligendas ſine impedimento hiſtorias; & proinde ſi milliarium ſeries interdum ceſpitet, ſufficit regionis ſitum ita proponi, ne ceſpitet negotiorum cognitio. Certè qvin Belgicas Tabulas habeamus accuratiſſimè conceptas, nullum eſt dubium. At noſtræ Patriæ delineationem ipſi Hollandi, qvi excudunt, fatentur eſſe imperfectam, additâ cauſa apud Dreſdenſes nimis cautè aſſervari Chorographias, multorum Electorum curâ, limatiſſimè elaboratas. Et vero cur hoc fiat, perſpicuum eſt, poſtqvam Tanqvardi Holſatia, Svecis nupero bello irruentibus, vicem manuductoris, penè dixerim proditoris, præſtitit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

VI. Non tamen improbo adhiberi Auctorum Commentarios, qvi continuâ operâ Tabulas illustrant. Utinam haberemus, qvos sine erroris metu liceat evolvere. Cluverio enim, & Bunoni ejus Commentatori qvomodo credam, si patriæ meæ descriptio non exiguam fovet falsitatem? Agrum qvippe Hexapolitanum his Urbibus designat Bautzen/ Görlitz/ Sittau/ Kamitz/ Luben/ Guben/ nesciens solam Lusatiam superiorum constituere Hexapolin; Lubenam verò & Gubenam referri ad Lusatiam inferiorem. Errores cumulavit Schævius *in Sceleto Geographiæ*, qvod plerunq; Cluverium sapit: *In Lusatia*, inqvit, *sunt Bauzen, Görliz, Sittau, Luben, Guben, it. die Sechs Stette & Kamiz.* Neqve levem hæc res obscuritatem affert, si legas in Testamento Saxonico, Superiorem Lusatiam seu *Hexapolin remansisse penes Electorem, inferiorem verò Lusatiam, adeoq; Lubenam & Gubenam, concessisse Duci Christiano.* Qvamobrem ad complendum senarium, addi debebant *Laubanum* & *Löbavia.* Hæc autem ideo scribo, ut, si qvilibet tantum in descriptionibus patriæ suæ desideret, qvantum ego deprehendi in Lusatia, nemo audeat sibi promittere perfectam notitiam, nisi diversas particulas diversi Auctores congesserint. Cuilibet enim de patriæ rebus loqventi, præ cæteris credendum est.

VII. Cæterum qvi Novellis inhiat, commodè uti potest Indice Geographico, unde labilis sæpè & fallax memoria confirmetur. Non contemnendus hac in parte est labor Bunonis ad Cluverium. Aliqva etiam habet Schœvius. Accuratior est Ricciolus, qvi *lib. XI. Geographiæ & Hydrographiæ Reformatæ* Onomasticum subjicit, & veterum Historiarum, & novellarum lectioni

val-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

valdè proficuum. Nec nullius pretii ſunt, qvi dictionaria Geographica congeſſerunt. Maximè probantur Indices, qvi loco cuivis & latitudinem & longitudinem aſſignant, eumq; in Tabulis reddunt inventu facillimum. Qvalem Indicem memini me videre, 1616. vulgatum, Auctore, niſi fallor, Hueſio. Licet enim in aſſignanda Locorum longitudine nimium varient Geographi, præſertim ubi è Tychonicis aliqvi primum Meridianum ad Uraniburgum Tychonis in Huena, Inſula freti Oreſundici habitationem defixerunt: facile tamen judicari poterit, imò ex Auctoris præfatione apparebit, qvibus principiis longitudinis ſupputatio fulciatur. Utinam ſicut Ludovicus XIII. in Gallia 1634. nautas & Geographos ſuos obſervare juſſit meridianum, qvi duceretur per occidentalem partem Inſulæ Ferri, in Canariis; ſic reliqvorum Principum auctoritate ſtabiliretur conſenſus. *vid. Bernh. Varenii Geograph. lib. 3. cap. 31. propoſ. 2.*

VIII. Interim novellæ ſæpè locum nominant, à Geographis alio nomine celebratum. Sic omnes ſciunt Mare album vocari, qvod Ruſſiam ſeptentrionalem alluit, laudemq; aliqvam adipiſcitur ab Emporio S. Michaëlis Archangeli. Interim hodiè, qvoniam Pontus Euxinus dicitur Mare nigrum, Archipelagus vocari cœpit Mare album, qvod etiam notatum obſervo apud Ricciolum. Baſſa Siliſtriæ freqventiſſimam in rebus Turcicis habet mentionem: at Siliſtriam nemo mihi oſtendit, niſi qvod in finibus Hungariæ circa Mœſiam hæc ſive Civitas ſive provincia videtur collocanda. Sanè in Natolia habemus Seleuciam Piſidiæ, qvam Turcæ hodiè appellant Celeſtriam, ſeu, ut Ricciolus ſcribit,

Ces-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Ceslestriam: at hunc Bassam Silistriæ circa Danubii & Borysthenis habitare confinia, necesse est, Walones hoc bello Gallico sæpè productos ego nescirem, nisi Grotius in suis Annalibus *lib. 1. p. m. 24.* Belgas versus Gallicam habitantes ita appellasset. Quæ Westphaliæ pars audiat das Sauerland/ ex designatis militum hospitationibus intelleximus.

IX. Est & alia difficultas, quod unius loci varia & diversarum lingvarum sunt nomina. Sic Lüttich/Latinis *Leodium*, Gallis *Liege*, Belgis *Luyck* vocatur. Rysel Latini dicunt *Insulas*, Geographi superioris seculi *Lille* ex Gallico *L'isle.* Qvam varietatem si qvis ex usu non observaverit, jam pronus in errorem lapsus est.

X. Imprimis autem Gallica Urbium nomina Latinis aliter expressa sæpè vel prudentes fallunt, eumq; in finem Furnerii Geographiam, ob conjuncta utriusque lingvæ nomina, adeo deprehendi utilem, ut per Auditores meos perfectum ejus Indicem habeam contextum, qvem si Bibliopla velit editioni subnectere, me non habiturus est adversantem. Addidi hacten⁹ notas marginales Gramondi, qui in sua Historia appellationes Latinas, usitatis in Gallia vocibus illustrat. Quod utinam fecisset Thuanus, ob affectatum etiam in nominibus propriis Latinismum, sæpe obscurior. Quinimo hic Furnerii index rarissimis lineis in ampla charta exscriptus mihi est instar Locorum Communium, qvorsum collocem, quæcunq; in Historiis passim observantur, vel etiam in novellis sive certa sive dubia proferuntur. Nec dissimulo levem Geographiæ usum futurum, nisi memoriam ejusmodi Index, privatâ & continuâ industriâ auctus sublevet. Ast pergam⁹ ad reliqua.

CA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

CAPUT II.

DE USU NOVELLARUM IN GENEALOGICIS.

I.

ETiam hic ex Novellis parum proficiet, qvi familiarum principalium penit⁹ rudis ad legendum velit provolare. Peritiores tamen vel ſolo hoc adminiculo ſuffulti, notitiam vel augent vel conſervant haud vulgarem. Cum enim ſingulis annis familiarum contingant Natales, Nuptiæ, Exeqviæ, iſtas qvi neſcit, Genealogiam ſe neſcire fateatur. Nec interim niſi per novellas iſtarum mutationum admoneri poſſumus.

II. Germanicas Genealogias uſqve ad Nobiles illuſtriores perſeqvitur Gabriel Bucelinus *in Germania Topo-Chrono-Stemmatographica edita Auguſtæ Vindel. 1655.* Solas Principum familias aliqvoties dederunt Tabulæ Tubingenſes, qvarum ultima Editio 1670. prodiit. Et ſoleo eaſdem libenter commendare meis Auditoribus, qvod præcipuis Perſonis ſuccincta hiſtoria velut nota memorativa ſubnectitur. Rittershuſius noviſſimè excuſus 1664. Comites qvoqve & Barones aliqvos attingit, ſed annorum duodecim ſupplementum deſiderat. Sanè qvantum ex novellarum relatione licuit addere, à me non fuit neglectum, ſenſiq; hujus induſtriæ aliquam utilitatem. Sic cum nuper prodiret libellus de Statu Galliæ, ac inibi legerentur verba; *Le Comte de la Tour marié depuis un mois à une Princeſſe de la maiſon de Brandenbourg, laqvelle l' a fait Prince & Vice-Chambellan de l' Empire. Comes Turennius unâ abhinc menſe duxit Principiſſam è domo Brandeburgica, qvæ ipſum fecit Principem & Vice-Camerarium Imperii.* Ego talia capere vix potuiſſem, niſi ex novellis innotuiſſet, *Fridericum*

Mauritium Mareschalli Turennii ex fratre nepotem duxisse Henriettam Franciscam Friderici Principis Hohenzollerani filiã. Is n. remotâ sangvinis propinquitate Brandeburgicam domũ attingit, & Archicamerarii Brandenburgensis est Subofficialis, unde enata homini Gallico scribendi occasio.

III. Neq; tamen hac in parte supra omnem exceptionem sunt Novellæ, quo minus Principum mortes & Natales falso rumore acceptos communicent. *Sanè falsò nunciata mors Neoburgici ante hos qvatuor annos, multis attulit difficiliorem notitiam, qvô tempore Status Juliacensis fœderi Gallico connectebatur.* Interim Postarum Magistros hac in parte velim esse curiosiores, ne tot natalium, nuptiarum & exeqviarum exempla penitus remanerent intacta, non sine præsentissimo eorum damno, qui, qvantum ad historiæ Jurisq; publici culturam faciant Genealogiæ, intelligunt.

IV. Non possum facere, qvin denuò laudem Opus Rittershusii, rogemq; Bibliopolam, *nolit repetitionem scripti utilissimi penitus negligere.* Qvod si enim post obitum Viri celeberrimi deesse videantur, qui supplementi operam velint suscipere, ego in me recipio non Saxonicarum modò familiarum illustrationem, sed alia etiam, qvæ potiùs ipso opere probare, quàm prolixè hic deprædicare libuerit. Ut tamen hic extet documentum meæ voluntatis, ostendam insignem defectum, qvem *in familia Leiningensium Comitum* Rittershusius passus est irrepere. Postqvam enim hæc ipsa familia *Reverendissimi & Serenissimi Augusti nostri Conjugio* novum indepta est splendorẽ, ipsam Conjugem frustra qvæsiveris, qvæ tamen collocari debebat *in Tab. B. inter nepotes Comitis Christophori.*

V. Cæterùm ea familia Leiningensiũ in Westerburg & altioribus initiis meretur deduci, & postmodum cla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

rioribus indiget narrationibus, ut ex adjecto schemate apparet, qvod tamen non nisi ad Westerburgicam progeniem dirigitur, cum mihi jam sufficiat, Natales Serenissimæ nostræ Principissæ perseqvi; cætera commodiùs reserventur ad aliam occasionem.

Sigfriedus Dnus. de Runckel.

Henricus in divisione hæreditatis 1288. factus Dnus. de Westerburg. Agnes Gerhardi Comitis de Limburg f.

Sigfriedus Elector Coloniensis fundator arcis Broëlii f. 1290.

Sigfriedus in divisione factus Dn. de Runckel

Rupertus.

Theodoricus.

Theodoric9 per Conjugem Anastasiam Comitissam de Wied factus Comes.

Fridericus propagator Stemmatis Comitũ de Wied.

Amœna Præposita in Recklingshausen.

Johannes Kunigunda Com. de Sain.

Reinhard9 Catharina Adolfi Com. de Nassau fil.

Berchta nupt. Gerlaco Com. de Nassau.

Anastasia.

Kunigunda Johanni Comiti de Wied.

REINHARDUS Dnus de Westerburg. 1. Elsa Dn. de Runckel. 2. Margaretha Comitissa de Leiningen cum qva partem Comitatus Leiningensis indeptus, indultu Imperatoris Sigismundi cœpit appellari Comes in Leiningen Westerburg.

CUNO unde Rittershusius Tabulam B. incipit.

Reinhardus.

Cuno.

Georgius.

Christoph. vid. Tab. seq.

NB. De horum progenie qvam prætereo brevitatis causâ videatur Rittershus. loc. cit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

CHRISTOPHORUS † 1632. 1. Anna Maria Simonis Ungnadii (hodie dicuntur Comites de Weissenvvolf) fil. 2. Walburgis Comitissa de Wied.

1. Margaretha Elisabeth nupta Friderico Landgravio Hass. in Homburg.
2. Johanna Sibylla †
2. Magdalena Elisabeth †
2. Amalia †
2. Maria & Catharina gemellæ †
2. Philippus. Maria Juliana Com. de Leiningen, postmodum nupta Friderico Com. de Wied.
2. Juliana Walburgis nupta Baroni in Kniphausen

GEORGIUS WILHELMUS n. 1619. 13. Febr. Sophia Elisabeth Simonis Com. Lippiæ fil. 7. Maj. 1644.

- Wilhelmus Christianus 1645. 5. Febr. † 1649. 24. Maj.
- Simon Philippus 1649. 4. April. † 1670. 27. Maji.
- JOHANNA WALBURGIS 1647. 3. Jun. nupta AUGUSTO Duc. Sax. 1672. 29. Jan.
- FRIDERICUS WILHELMUS 1648. 8. Sept.
- Maria Christiana 1650. 28. Jan. nupta Henrico III. Rutheno 1673. 22. Octobr.
- Sophia Magdalena 1651. 23. Mart. nupta Ottoni Ludovico Dno. de Schönburg 1668. 12. Jan.
- Carolus Ludovicus 1652. 28. Septembr. † 16. Octobr.
- Elisabetha Eleonora 1653. 4. Octobr. † 24. Octobr.
- Johanes Antonius 1655. 13. Mart.
- Christophorus Christian9 1656. 11. Mart.
- Henricus Adolphus 1657. 17. Aug. † 1658. 21. April.
- Johanna Elisabeth 1659. 27. Jan.
- Anna Augusta 1660. 8. Apr. †
- Georgius Ludovicus 1662. 23. Jan. † 5. Febr.
- Angelica Catharina 1663. 24. Apr.
- Henricus Fridericus Ernestus 1665. 1. Febr.
- Georgius 1666. 23. Martii
- Juliana Eleonora 1667. 14. Dec.
- Margaretha Sibylla n. & † 1669.

Juliana Catharina

Ursula

VI.

VI. Visus sum à scopo paululum digredi: sic autem postulabat humillima adversus Patriæ Patrem observantia, ut, qvæ ad Familiam ei conjunctissimam facerent, occasione tàm commoda non negligerem. Plura perseqvi instituti ratio vix permittit: siqvidem facilè possem allegare Filias Friderici Hassiæ Landgravii in Eschwege, qvarum altera Christina, Ferdinando Alberto Brunsvicensium Duci in matrimonium cessit; altera Charlotta Augusto Juniori Saxoniæ Duci conjuncta, paulò post in luctum vidualem est conjecta, ex qvibus Neutram habet Rittershusius; Priorem tantùm nominant Tabulæ Tubingenses. Sic in domo Mechelburgica, Nostris Saxonibus ob priorem AUGUSTI Conjugem propinqva, assignatum non reperio Principem natu minimum Adolfum Fridericum: Et qvæ suppetunt alia.

VII. Sed videndum qvoq; de Genealogiis familiarum exterarum, qvæ sæpius aliqvid lucis à lectione novellarum fœnerantur. Sanè Hispanicas prosapias anxiè indagare, nobis in Germania natis vix videtur esse usui. Sufficit nosse, qvantum de Familiis Ducum ac Marchionum consignavit *Lucas de Linda*. De cætero, si qvis sive in militia, sive in Gubernatione Provinciæ evadat clarior, satis est personam noscere: sic in Belgio innotuere *Melos, Caracena, Castel-Rodrigo, Montery*. in aliis Regnis & Ducatibus alii, qvorum progenies rimari nimis foret curiosum. In Lusitania eminet *Domus Bragantina*, ideo notabilis, qvod Regios agnatos habet. Ejus vero enarrationem qvatuor Tabulis perseqvitur Rittershusius. Nuperâ tamen æstate, cùm è Gallia nunciaretur *Virginem de Armagnac Comitis de Brionne sororem concedere*

in Portugalliam, ad nuptias Ducis de Cadaval, qvi post Petrum, hodiernum sive Regem sive Gubernatorem, proximum haberet jus successionis nemo qvidem occurrit hoc titulo conspicuus: ast, qvia Rittershusius ostendit, qvo jure *Dynastia Cadaval* pervenerit ad Bragantinos, facilis est conjectura esse aliqvem ex iis, qvos ipse appellat *Marchiones de Ferreira*: Ipsa autem Sponsa sine dubio est *Margaretha* filia *Ludovici Armagnaci*, (qvi fortassis post obitum *Henrici Harcurtii* Patris, vocatur *Harcurtius*) ex familia Lotharingica. vid. Rittershus. Tab. Lotharing. A. II.

VIII. Jtalici Principes aut sunt Majores, *Florentiæ, Mantuæ, Modenæ, Parmæ*, qvorum familias nemo nescire debet, si velit cum fructu novellas attingere: aut sunt Minores, qvorum tanta est copia, ut meminerim legere, *Neapolitanum Pro-Regem triginta simul Principes compegisse in carcerem.* Ex istis omnes qvis persecutetur? Eminent interim, qvi originem debent Pontifici, qvales sunt *Rospigliosi* à Clemente IX. *Chigii* ab Alexandro VII. *Pamphilii* ab Innocentio X. *Barbarini* ab Urbano VIII. &c. Non tamen pœnitebit legisse *Stateram hodiernorum Cardinalium aliqvoties excusam*, qvæ multis in locis Italicas generationes illustrat.

IX. In Polonia qvilibet è Nobilibus libertatem jactitat: sunt tamen Familiæ supremis Regni Officiis claræ, qvas tamen ultra personas celebres indagare nihil attinet. Duorum Piastorum nupera electio notabilem reddidit, *Wiesnovvickiorum* & *Sobieskiorum* familiam. Ipsa Sobieskii Uxor *Marchionis Gallici de Preqvin* filia, effecit, ut Marchionem hunc alioqvin minoris momenti, observare incipiamus.

X. In Anglia præter Regiam progeniem, non est, cur

cur Comitum & Baronum series studiosè nimis inqvi-ratur. Habet tamen aliqvam laudem *Monckii* posteritas, qvæ *Ducatu Albemarlensi* claret. Nec parva videbatur gloria *Edvardi Hide Cancellarii*, qvod Duci Eboracensi Regis fratri collocasset filiam: nisi hujus mors ostendisset, hactenus desiisse Angliæ Reges sese miscere cum indigenis.

XI. In Dania & Svecia multi sunt Comites satis conspicui, Germanicisq; negotiis sæpe connexi: qvos si qvis velit accuratis Stematibus exponere, haberent historiarum studiosi, cur sedulitatem deprædicarent.

XII. Maximum negotium nobis facessunt Familiæ Gallicæ, tum qvæ Regium sangvinem attingunt, tum qvibus aliqva cum Germanis est cognatio. Sicut enim potens Gallorum vicinitas nos ad rimandas eorum historias qvàm maximè allicit; ita etiam hujus Genealogiæ necessitatem sæpè deprehendimus. Interim continua titulorum variatio fere invincibilem affert difficultatem. Non ita pridem moriebatur Ducis Engviani filius, qvem vocaverant Comitem de Clermont: ejus loco filius secundogenitus Comes de la Marche jam audit comes de Clermont. Mortuus igitur est Clermontius Engviani filius & vivit adhuc. Qvod si contingat mori Condæum Engviani Parentem, Clermontius hic inciperet audire Engvianus.

XIII. Egregiam hac in re operam præstitit *Gramondus*, qvi Historiæ suæ Clavem familiarum præmisit. Utinam qvæ *Exc. Franckensteinius* ad Prioli Historiam commentari cœpit, ultimam manum fuissent experta. Non contemnendus etiam est labor Anonymi, qvi 1665. Supremos Redituum Inspectores (*les Sur-intendants des Finances*

nances de France) deſcripſit, ac iſta occaſione multis familiis lucem attulit. Imprimis tamen ipſorum Gallorum induſtria nobis ſuccurrit, qvi qvoties libellos ſuos de præſenti Galliæ & Aulæ Statu (*L'Eſtat de la France*) publicant, familiarum perſonarumq; inibi viventium accuratiſſimam faciunt mentionem. Neq; carere iiſdem poteſt, qvi cum fructu velit Novellas attingere, vel qvi Excerpta ſua Genealogica cupiat auctiora.

XIV. Eqvidem obſcura Ducum & Comitum nomine perſeqvi nimis foret amplum. Clarior, præter Regem, eſt Genealogia fratris, qvi *Dux Aurelianenſis* (*Orleans*) an filius titulo *Ducis Valeſii* mortem obierit, certò non conſtat. Seqvitur Condæi, cujus filius titulum gerit *Ducis Engviani*: Frater audiit *Princeps Contius*: *Clermontii Comitem* novellæ nuper adjudicabant Engviano: ſed l'Eſtat de la France filium dicit Contii. Scilicet ad has anguſtias redacti ſunt Principes ſangvinis in Gallia. Sed noviſſimè relatum eſt *Regis Edicto filios naturales æqviparandos legitimis*, inſigni cum injuria legis, qvâ creditum eſt, Regem Principes facere non poſſe niſi per Reginam. Eminet inter Baſtardos *Dux de Vermandois* puer *ex Valliera*; eâdem Matre genita *Madamoiſelle de Blois*. An aliqvos habeat Monteſpania, vel pulchra Hortulani filia nondum audire potui. Ex Henrico IV. provenerunt *Duces de Vendoſme & Vernevil*, item qvi ex Vendoſmio nati *Duces Mercurii & Beaufortii*. Priſtinum Ducem Aurelianenſem Ludovici XIII. fratrem reliqviſſe filium naturalem dictum *Comitem de Charny*, aliqvoties memini legere.

XV. Reliqvæ familiæ alicujus nominis ſunt *Gviſii, Ellebovii & Harcurtii*, qvi ſtirpem Lotharingicam contingunt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

gunt? *Bullionenses seu Turenii*. Pater enim, Turenii, nuper in prælio occisi, per Conjugem Ducatus Bullionensis hæres factus est. In hac domo & Fridericus Princeps Zolleranus & Maximilianus Electoris Bavariæ frater, qvæsiverunt Uxores. *Tremovillei seu Thouartii*, unde Princeps de Taranto Henricus Carolus, qvi apud Hasso-Casselenses Conjugem invenit; & Maria Bernhardo Saxoniæ Duci nupta. *Robanæi*, ex qva progenie nuper unus ferale pegma suo sangvine consperſit. *Montmorancii & Lucenburgii*, jamdudum interierunt: extant tamen, qvi tituli hæreditatem indultu regis adhuc jactitant.

XVI. Ut redeam ad Novellas, sic ego semper soleo procedere, ut, qvæcunq; in re Genealogicâ se offerunt, in scheda tumultuaria consignem, expectaturus, an posterior confirmatio, aut aliud veritatis indicium, tandem approbet, qvod notatum est. Neq; abs re fuerit consulere tum Diarii ac Theatri Europæi, tùm Relationum singulis nundinis prodeuntium, recentissimos tomos. Temerè enim ea Tabulis adscribere, qvæ turpius expungantur, non nisi illorum est, qvi industriam è librorum mendis & maculis metiuntur.

XVII. Studio Genealogico propinqva est Episcoporum & Prælatorum, imprimis Germanorum, notitia, qvi, licet hærede naturali destituantur, continuâ tamen successione, qvasi perpetuam generationem videntur referre. Qvamobrem nolim omitti, qvibus in Ecclesiis, qvæ personæ regimen fuerint aggressæ. Exterorum Episcopatuum conditionem discimus ex Auberti Miræi tractatu *de Statu Religionis*, qvod sufficere potest Lectori novellarum. Cum enim ad Germanorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

rum ſplendorem iſti non accedant, cur velimus ad ſingulas perſonas, earumq; curioſam inqviſitionem deſcendere?

CAPUT III.

DE USU NOVELLARUM IN HISTORICIS.

I.

QVin utile ſit noſſe temporis noſtri hiſtoriam, nemo dubitat. Proinde cum ſingulis annis novus non emergat Thuanus, defectum hunc non immeritò conamur è novellis ſupplere.

II. Qvod ſi enim qvem deterreant incertæ relationes, cogitet nihil eſſe recipiendum, niſi qvod poſterioribus repetitionibus confirmetur. Præſertim qvæ magnum in rep. momentum habent, falſis rumoribus ita neqveunt corrumpi, qvin appareat tandem veritas, ſi vel maximè circumſtantiis qvibuſdam non omninò lux affulgeat.

III. Eſt etiam pulchra cautio, ſi obſervemus locum, unde proficiſcitur narratio. Si enim Neapolitani de victoria Hiſpanorum, Maſſilienſes de gloria Gallorum multa deprædicent, ſuſpicio eſt, ne nuncius, ſtudio Principis ſui, veritati miſerit nuncium. Inde vel iſtas præfero relationes, qvæ proveniunt è loco neutrali, vel utriusqve partis fabulas inter ſe compoſitas concilio, ut inde fluens media ſententia fidem mereri tandem videatur.

IV. Certè ſi Tacitus Tiberii ævum aggreſſus, inglorium hunc ſibi laborem fore conqveritur, *Annal. lib. 4. cap. 32.* Futurus noſtri temporis hiſtoricus nihil videbit deeſ-

deeſſe, qvod ad gloriam & admirationem ſcriptoribus unqvam inſerviit. Tantæ contingunt mutationes, qvæ mera ſeculi miracula arguunt! Rex feliciſſimus, ditiſſimus, potentiſſimus, conſumptis viribus & divitiis, fortunam ſimul decoxit. Rex Germaniæ formidabilis uno impetu fractus eſt. Caſtella multo ſangvine acquiſita gratis evertuntur. Bellorum nova qvaſi methodus introducitur, ſive prælia ſive obſidiones ſive proditiones etiam intuearis. Prælia non deſtinato ſed raptim & tanquam in tranſitu committuntur; obſidiones Bomborum, ut vocant, violentia promoventur, ut fere de invincibili caſtrorum firmitate in univerſum deſperem⁹; Proditiones non millenariis ſed millionibus redimuntur. Non Imperator ab Aulæ Magiſtro; non Rex à Cancellario; non Princeps à Conſangvineo; non Soci⁹ à Mediatore; non Miles à milite tutus. Sanè ſi futuri ſunt Poſteri, omnium retro ſeculorum quintam dicent eſſentiam, quæ nunc paucorum annorum decurſu armis & conſiliis fuerunt accumulata.

V. Quamobrem ſi operæ pretium eſt res adeò magnas non negligere, nondum me pœnituit congeſſiſſe in ſchedas, qvæ occurrunt notabilia, ſub finem vero añi collectanea iſta redegiſſe in ordinem, adhibito meliori judicio. Sic enim ſpero, hiſtorias brevi ſperandas, me aliquando & jucundiùs & utiliùs perluſtraturum.

VI. Cæterùm ne Benevolus Lector neſciat, quid ego præ cæteris memoriâ dignum judicare ſoleam, ſubjeci his diſcurſibus Nucleum Novellarum, intra hos ſedecim annos collectum: nunc enim, ne ordo nimium turbetur, libet progredi ad reliqva capita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

CAPUT IV.
DE USU NOVELLARUM IN POLITICIS.

I.

HIc demum verus ille Usus est, ad qvem instrumenta superioribus capitibus designata faciunt. Sed in quo facilis sæpe multorum lapsus est. M. Terentii apud Tacitum hæc erat vox *Annal. lib. 6. cap. 8. Abditos Principis sensus, & si qvid occultiùs parat, exqvirere illicitum, anceps, nec ideò assequare.* Nec ineptè Camdenus *Annal. ad an. 1579. p. 299.* hæc ipsa arcana dixit *labyrinthum inextricabilem.* Proinde singulari cautione opus, ne intempestivo judicio, aut minus reverenter de supremis Majestatibus sentiamus, aut nostram ipsorum imprudentiam eventu planè diverso argui videamus.

II. Cæterùm qvatenus licita est hæc curiositas, primò in Novellis designantur JURA inter Principes in utramq; partem disputata: qvorum qvidem exacta cognitio exinde non percipitur; occasio tamen enascitur inqvirendi in fontes Legum & Historiarum: cùm alioqvi nulla ignoti futura esset cupido. Curiosam multorum qvæstionem excitavit Ducis Lotharingiæ obitus. *Is enim repudiatâ priore Uxore duxerat Mariam de Aspremont, non impetrato Pontificis indultu. Qvamobrem nunc qværitur, an pro legitimo haberi possit Filius Carolus Henricus, qvi sub nomine Comitis Vaudemontii hactenus claruit? item Filia Anna, qvæ maritum invenit Franciscum Mariam de L' isle bonne?* Certè validam esse Pontificis declarationem vel inde constat, qvod Carolus ex fratre nepos in jura videtur concessisse. Sed aliam qvæstionem movet Rex Galliæ. Dum enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

enim in Literis salvi conductus, qvas Legati Lotharingici ad Pacis tractationem profecturi postulant, Ducem nec Fratris nec ipsius Ducatus titulô dignari vult, facilè apparet, *Regem credere Provinciam hanc bello acqvisitam accrevisse Coronæ Francicæ.*

III. Qvamobrem si quis trahatur rerum Politicarum studio, credatq; novellas discursibus eruditioribus esse excolendas, hic demum sentiet, qvantũ ex Jure publico tùm Germaniæ tùm Galliæ, ad solam hanc qvæstionem reqviratur. Qvod sanè non sensisset, nisi ex novellis, quantum nesciretur, fuisset perspectum. Proinde quot hactenus oblata fuerunt exempla, qvorum occasione qværi potuit de Juribus Legatorum, *an tolerandi apud hostes? an impunè dimittendi, qvos novimus in remp. apertè injurios?* & alia multa, qvæ circa hanc materiam contra Gallos & Svecos disputata sunt: de Juribus Majestatis, *num Rohanæus privilegia nobilitatis Britannicæ allegans puniri potuerit pro seditioso, ipse tantus Princeps? num Burdegalenses Parlamento & munimentis privandi, qvod adversus Qvæstores iniqvos aliqvanto egisſent acerbius? &c.* qvid multis? qvot ejusmodi casus leguntur, tot emergunt admonitiones, esse respiciendum ad fundamenta prudentiæ Politicæ.

IV. Neq; solum perpendi merentur JURA, sed etiam judicium sæpè postulatur de FACTIS. Verum enim est, qvod scribit Pasqvier *Recherche de la France lib. 3. cap. 11. p. 260. Tout ainsi comme aux jeux & comedies, qv' on represente sur un theatre, chacun y entre pour son argent, & se donne loy de juger des bien - ou mal seances des Comediens; ainsi en advient il aux Republiqves. Le grands en maniant les affaires d' Estat, jouent tels roolles qv' il leur plait: Les petis en sont spectateurs à leurs despens, & pour n' estre employer aux grandes charges, il leur reste seulement loisir*

de juger des coups. Perinde sicut in ludis & Comœdiis, qvæ repræsentantur in theatro, qvivis ingreditur solutâ pecuniâ, sibiq́ legem dat judicandi de Mimorum sive decentibus sive indecentibus actionibus; ita etiam contingit in rebusp. Grandes, qvi tractant negotia Stat⁹, suas partes agunt pro lubitu : minores spectaculo præsentes contribuunt pecuniam: & qvia non adhibentur magnis functionibus, iis solum reliqva est occasio judicandi de singulis ictibus.

V. Qvoties qvæsitum fuit, *an Petrus Portugalliæ Princeps justè fratrem Alfonsum regno deturbaverit, ejus uxorem in suos amplexus vocaverit, miserum & regni & thalami viduum in Terceram Insulam deportaverit?* qvin etiam *an Pontifici integrum sit circa matrimonium proximæ Affinis vivente marito dispensare?* Sic scimus *Marito Marchioni ereptam uxorem, ipsum dolore legitimo correptum tam diu latuisse in carcere, donec literis reversalibus testaretur se non esse mentis compotem.* Qvid dicam de nuperis actionibus præsidiariorum Philppiburgensium, *qvi contra omnem belli rationem Bruchsalensem Civitatem, ad solvendas contributiones promptam, nullisq́ injuriis vel odiosam vel suspectam, subjecto igne iverunt eversum?* Plura *de casu Lobkovvizii, de captivitate Fürstenbergii, de erepta Coloniæ Gallorum pecuniâ &c.* item ex adverso *de nece VVittiorum, de divortio Florentio, de expilatione Monasteriorum in Gallia &c.* sese consideranda exhibent.

VI. Sed Politicus etiam rimari conatur CONSILIA: si enim vel maximè arcanorum conclavium secreta ad nostros oculos non perveniant; est tamen non contemnenda ingenii exercitatio, si is actionum causas sive veras, sive apparentes inqviramus, vel, quid alii judicent, observemus. Ponamus Messinam, qvæ jam à Gallis tenetur, & cui Ludovicus Pro-Regem Siciliæ ausus est imponere. Certè qvid Hispanos permoveat, cur lentius procedant, imò, cur nuper Hollandorum victo-

victoriam suis suppetiis noluerint reddere consummatam, exteri nesciunt. Interim licet indulgere conjecturis, *ideò nolle Hispanos Gallorum spes in Sicilia suffocare, ut isti magnam virium partem, utilius Belgio vel Hispaniæ injiciendam, sine fructu dilapident in mari mediterraneo.* Sive enim spectes præsentia; *Siculi videntur digni, qvi à Gallis premantur*: sive spectes futura; *ob Regni Neapolitani propinqvitatem, non est, cur Galli firmiorem ibi sedem figere posse videantur, cùm præsertim vesperarum sicularum memoria apud indigenas nondum evanuerit.*

VII. Sufficiat hæc terigisse de Consiliis, qvæ rectius inter familiares amicorum discursus, quàm in publica hac charta solent ventilari. Pergo ad EVENTUS, unde nobis futuri temporis aliqua accedit divinatio. Moriebatur non ita pridem Sabaudiæ Dux: posset itaque quis conjicere, quemadmodum ao. 1637. Mater nationis Gallicæ susceptâ tutela Hispanis fuisset iniquior; sic hodie, durante inter utramq; Coronam bello, Gallorum favorem fore potiorem: sed si vicissim attendatur, Gallos sibi vix suffecturos parum nunc laborare de sociis; Hispanos autem viribus Germanorum conjunctos promptam habere nocendi occasionem: absurdum non fuerit divinare, futuram in Statu Pedemontii Neutralitatem.

VIII. Nescio, an audacia procedere debeat ad notandos ERRORES. Certè ad omnes provoco, quicunq; legere solent novellas, an sibi temperaverint à censoria libertate, cum legerent, *Gallos occupatis Hollandiæ Urbibus statim moliri religionis reformationem, nondum firmatâ possessione, nec etiam subactis eorum animis, qvos sciebant hac mutatione offendi: Eosdem à Messinensibus spe libertatis advocatos, Nobilium Senatum abrogare, & graviora imponere, qvæ perpessa non fuerant*

sub

sub Hispanis: Nunc etiam Limburgi, Citadellæ Leodiensis, nescio an Trajecti demolitiones festinari, cum eorundem occupatio tot animarum millibus fuerit redempta.

IX. Sanè profunda interdum Politica, dum errare simulat, summæ prudentiæ gloriam meretur. Quod de Mazarino notavit Priolus *Hist. lib. 10. cap. 21.* Quippe cum mitteretur ad tractatus Pyrenæos, multi judicabant, virum specie honoris ab Aula remotum, nunc inclinare ad casum: nescientes interim, qvantum ipse universi Regni arbitrium hoc itinere acqvisivisset. Hinc omnes, præsertim Germanicarum actionum Censores, velim rogatos, nolint præcipiti errore inter errores collocare, quod hactenus cunctando vel dissimulando adversus hostes gestum est: Quin credant potius in ambigua hac fortunæ alea non impetu, sed morâ, non temeritate, sed judicio allici victoriam.

X. Magnum quoq; monumentum in Politicis habet TRIBUTORUM EXACTIO, cujus exempla utinam ab exteris perscripta multis non usq; ad praxin innotescerent. Sanè quantum sub isto onere laboret Gallia, singulis fere septimanis legimus. Officia summo pretio venduntur. Ecclesiasticis, nisi qvod ad victum reqviritur, nihil reliqvendum esse decernitur. Charta non nisi signata, magnoq; pretio redempta in Actis & literis apud judicem validis jubetur adhiberi, addita pœna contractus invalidi, si scriptum sit in charta vulgari. Quin etiam Aurifabri signatum argentum vendunt; signi autem impressionem qvinta pretii parte redimunt. Audio Capillitiorum Confectores nuper redactos ad certum numerum, ut saltem, qvi essent inclusi, Privilegium emerent, qvi essent exclusi, novâ

pre-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

pecuniâ antiqvam libertatem acqvirerent. Neſcio, an obtinuerit Conſilium, neminem in univerſo Regno pro legitimo Nobile eſſe agnoſcendum, niſi qvi nummum Regis effigie ſignatum 200. libris redemiſſet: cùm tamen ipſius nummi pretium excedere non poſſet 8. vel 10. taleros. Sic in Subditorum multitudine & paupertate Rex habet fodinas metallicas. Taceo reliqvorum Statuum artes, qvæ in novellis ſæpiſſimè attinguntur.

XI. Qvid dicam de STATU Regnorum & Rerump? qvi nunqvam ita poteſt cognoſci, qvin ſubinde novæ mutationes annotentur, qvæ ſive modum adminiſtrandi, ſive ipſam formam afficiunt ac evertunt. Et ſanè incidimus in tempora, qvæ varias & mutabiles caſus attulerunt, graviores impoſterum portendunt, ut nunc, qvi velit è libris, vel ante hoc qvadriennium editis ſapere, nec adhibeat ſingulorum ferè menſium inſignes mutationes, qvaſi in tenebris videatur verſari.

XII. Hæc de Politica. Sed referri ad hanc diſciplinam quoq; ſolent AULICA, qvæ qvidem in nudis &, qvemadmodum aliqui intempeſtivè judicant, vanis conſiſtunt Ceremoniis; interim ob connexionem, quam habent cum negotiis ſaluberrimis, à Prudentum curâ nunqvam poſſunt abeſſe. Locum hic præcipuè inveniunt Ritus coronationum, Exequiarum, recipiendorum Legatorum, Jubilæorum, Natalium &c. quæ alioqvin ad ſervandum Aulæ ſplendorem contribuunt, ac à Novellarum ſcriptoribus ſtudioſè colliguntur. Quibus addi poſſunt ſingularia cujusvis nationis, velut diverſa Aularum conſtitutio, diverſa officiorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

nomina: porro si libeat descendere ad specialiora, diversi Eqvitum ordines, Sanatio Strumarum in Gallia & Anglia, Certamen arietum in Hispania, Oblatio Eqvi & 7000. Coronatorum annua, facta Pontifici ob regnum Neapolitanum &c.

XIII Ad Aulica verò pertinent CAUTIONES, ET CONTROVERSIARUM COMPOSITIONES, qvæ interdum prudentissima ingenia solent fatigare. Egregiam certè cautionem hodie videtur affectare Galliæ Rex, qvi intelligens tractatus Pacis fore irritos, nisi Dux Lotharingiæ suos simul mittat Legatos; neq; tamen in literis salvi compassus eundem vult nominare Ducem, ne quasi per propriam confessionem videatur abdicare suum jus, hoc invenit expediens: Nomine Regis Angliæ, qvi est Mediator, omnes ejusmodi literas posse concedi, habituras utrinq; suum vigorem. Sic enim credit, satisfieri posse & suo honori & ducis prætensioni. Incidit hoc loco, historia belli Anglo-Belgici, qvod ante hos decem annos latissimam in novellis faciebat paginam: qvippe sub ejus initium Gallus fœdere Hollandico constrictus, ne irritaret Anglos, cautâ explicatione respondebat, *Pacta ultra Europam non esse extendenda: belli vero causam in Africa esse repositam.*

XIV. De Controversiis PRÆCEDENTIÆ plura sese offerunt, qvæ ex novellis notata, lumen in rebus Aulicis non obscurum præferunt. Rex Galliæ Pares inter se discordes non sedendo sed stando jussit deliberare, ut qvocunq; loco qvis occuparet coronam, stationem servet sine præjudicio. Archi-Episcopus & Elector Coloniensis ante hos annos in Italiam proficiscens Romam potius adire noluit, qvàm experiri Contro-

ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

versias Cardinalium de prærogativa præ Electoribus. Memini Legatum Anglicum Duci Holsatiæ noluisse cedere, sed post longas disputationes, svasu mediatorum sese offerentium, qvemvis verso curru domum rediisse. Memini Principem Arausionensem Legato Gallico oblatum, ne videretur cedere, nec tamen irritaret tantum Regem, simulasse voluntariam digressionem in tabernam nescio cujus mercatoris.

XV. Cur multa hic repeto? Qvicqvid in Politica curiosum aut proficuum est, istius exempla vel adminicula vel admonitiones peti possunt è novellis. Utinam, qvi legunt, præsertim inter Studiosos Studio Politico addictos, socios qværerent, continuandis discursibus aptos: sic demum agnoscerent, qvantam experientiæ vim exinde liceret percipere.

CAPUT V.

DE USU NOVELLARUM IN QVOVIS CURIOSORUM GENERE.

I.

QVo magis de Novellarum usu cogito, eo amplior scribendi campus se aperit. Nihil enim in omni Eruditionis imo & artificiorum genere est, qvod non attingatur, ac adeò à lectore sedulo discursibus accuratioribus extendi cupiat.

II. THEOLOGI observant varias religionum controversias, & qvicqvid à religionis sive curâ sive prætextu solet fluere. *Romanenses qvanto apparatu Petri successor à suo, scilicet, Antecessore distingvatur, docent, qvoties statum aulæ Pontificiæ describunt. Qvæ sit libertas Ecclesiæ Gallicanæ, ut neqvicqvam urgente Papa, nec ejus infallibilitatem, nec adversus Con-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

cilia autoritatem, uno verbo, Concilii Tridentini placita recipiat; Qvæ Jansenistarum fuerit condemnatio vel tolerantia; Qvis inqvisitionis Hispanicæ hodienum rigor sit; quomodo Anglia tùm à fanaticis tùm à Pontificiis vexata, semper Edicta publicet, semper in causa Pontificiorum conniveat; quomodo Svecia nuper in Dalekarlorum provincia Diabolicis Religionibus fuerit immersa; qvæ tandem Ecclesiarum qvarumlibet sit conditio, sæpè ex novellis admonemur.

III. JCTI dum judiciorum & suppliciorum varias deprehendunt formulas, aliqvid inveniunt, unde procedat ulterior meditatio. Pauci certè fuerunt, ex qvo tempore Gallorum Rex *Codicem Ludovicianum* emisit in lucem, qvi libri videndi aliqvo non laboraverint desiderio. Sunt etiam rara & extraordinaria exempla, qvæ oblivionem omninò non merentur. *Sic 1666. Antverpiâ scribebatur Principem Turqvinium, qvi Uxoris sororem insidiis lethalibus fuerat aggressus, mirabili modo mortis effugisse supplicium. Incautus enim carnifex, jam percusso strophioli, qvo velaverat oculos, nodo innoxium ictum cervici intulit, qvod sentiens iste, in medium populum è carnificis manibus sese proripuit, retractus & in curiam relatus, salutem ac veniam impetravit.* Judicium Condæi nuperis novellis laudatum ita se habebat: *Gravida ejusdem aulæ puella, jussa Patrem nominare, omnes dixerat ministros & famulos, in qværendis suis amplexibus nimium concordes: Princeps igitur sorte statuit eligendum, qvi Patris vices in se reciperet, futurisq; nuptiis ignominiam puellæ corrigeret. Designatus est Coqvus, cui ad levandum tantæ affinitatis onus, reliqvi salarium, qvantum dimidio anno perciperent, jussi sunt exsolvere.* Plura invenerit, qvem talia delectant.

IV. Qvantum MEDICI novellis afficiantur, ego

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

ego non obſervari. Memini tamen varia medicorum nomina, & molimina adduci. *Qvoties Delphino fuerit ſecta vena*, qvod curandi genus in noſtra patria crederetur lethale ; *qvam indignè Rex Galliæ nuper tulerit mortem filii ſecundogeniti, aſſerens velle ſe futurum, ſi qvem tolleret, filium ſimplici cibo nutritum, Medicis ne qvidem oſtendere.* Imo qvis non doleret, allato nuncio, *celeberrimi Bartholini Bibliothecam, cum manuſcriptis auro carioribus flammarum vi conſumptam ?* Qvis *Borrii* viciſſitudines non miretur? Qvis *lapidem Magneticum nuper Cæſari exhibitum, qvi faceret adverſus venenum*, nolit videre & cognoſcere?

V. An Philoſophiæ ſpeculativæ in novellis habeatur ratio, nolim aſſerere. Habet tamen PHYSICA, qvod non rejiciat, vel etiam ſuo judicio explicet. Fuiſſe aliquem in Gallia, qui aquis marinis reddere vellet dulcedinem bibendo aptam; alium aquas transire voluiſſe, ſine vitæ periculo, non ita pridem legimus. Nuper magnam fabulam de Avibus in Comitatu Burgundiæ pugnantibus referebant illi, qui αὐτοψίαν videbantur præ ſe ferre: nec defuerunt, qui rem inſolitam magni miraculi loco ponerent. Aſt, qui obſervavit ex Aldrovandi Ornithologia *lib. XX. cap.* 5. in oris Belgii novum hoc non eſſe, ſimulq; aſpiciat varias avium formas ibidem depictas, parciùs fortè mirabitur.

VI. Pulchriora inveniunt, qvi MATHEMATICIS & MECHANICIS ſtudiis delectantur. Qvot enim hoc bello cymbarum, pontium, machinarum pyriarum, qvas Bombos vocant, armorum, fortalitiorum, aliarumque inventionum genera prodierunt ? Galliæ Rex ductâ foſſâ Mare mediterraneum cum Ocea-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

no ausus conjungere: quod in sua ditione Elector Brandenburgicus imitatus, juncto cum Albi Viadro, fluvio Oceani Germanici, cum fluvio maris Balthici. Surrexerunt aliqvoties, qvi in quovis loco determinatum Longitudinis, ut vocant, gradum observari posse jactitarunt. Habuimus anno 1664. Eclipsin Solarem, à plerisqve Calendariographis non observatam. Habuimus Cometas; nescio, an etiam novas Stellas. Habuimus plura excitandis ingeniis aptissima.

VII. Penè omisissem POETAS ET PHILOLOGOS, qvi dum varias Comœdiarum inventiones, Arces Triumphales, Emblemata Coronationibus, Natalibus & Exeqviis dedicata, ac alias animorum alacriorum delicias in novellis observant, non negaverint, in isto etiam prato sibi aliqvos sepositos esse flores.

VIII. Cæterùm, nescio, qvorsum commodè locentur acutæ inscriptiones, qvibus maximè luxuriant Romanorum ingenia, postqvam Pasqvini & Morforii lapides loqvi didicerunt. Sanè semper damnatur Censorium hoc scribendi genus, & semper à curiosis colligitur. Extant Pasquillorum Tomi duo, complectentes, qvicqvid aculeorum à tempore Alexandri VI. usqve ad Sixtum V. Romanis Proceribus fuit immissum: at raritas exemplarium nullibi apparentium arguit emptores adfuisse nimium copiosos. Repetitum hoc opus, & ad nostri seculi tempora continuatum fuisse, Amicus olim ex Italia redux memorabat: cujus tamen Libri ne vestigium qvidem deprehendere licuit. Pertinent huc Argutiæ manuscriptæ, quas in-

cer-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

certo Auctore vulgatas, quoniam de negotiis publicis liberè judicant, omnes describunt, exosculantur, imò inter arcana Bibliothecarum recondunt. Pertinent huc imagines & numi, qvibus concinnandis Batavi semper visi sunt affectare præ cæteris gloriam. Sic qvos ob potentiam apertè non licet arguere, tacita censura fugiendæ ignominiæ sæpius admonet: permittente DEo, ut monitores inveniant, qvi monitionibus adversantur. Multos tamen in hac licentia mortem vel ignominiam invenisse certum est.

IX. MERCATORIBUS conducere novellas vel ideò clarum est, quod ipsorum sumptibus Postarum onera quàm maximè sublevantur. Est tamen circa rem pecuniariam in singulis Statibus discrepantem, aliqva cautio ad omnes novellarum lectores pertinens, ut Libras Anglicas à Gallicis & Belgicis, Milliones Germanorum à Gallicis discernere: imò Scutatorum, Pataconorum, Talerorum, Crusadorum & qvæ reliqua sunt nomina, æstimare discant ad monetæ patriæ valorem. Cum enim pecunia omnium rerum publica sit mensura, vix aberit à confusione, qui mensuræ certam qvantitatem non intellexerit.

X. Nihil dicerem de MILITIBUS ET NAUTIS, nisi terminorum militarium & nauticorum ignorantia plerisque narrationibus induceret obscuritatem. Operæ foret pretium Lexico comprehendere vocabula, sæpius ab exercitatiorum intellectu aliena: ut in Germanicis, Gallicis, Belgicis aliisqve vocibus hoc haberemus, quod Pexenfelderus tentavit in Latinis.

XI. Neque falluntur, qvi ludicrorum causâ legunt

no-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

novellas, quorum magnam nubem facilè liceret congerere, ſi aliqvam in hoc ſcripto ridendi materiam captaremus. Properat magis animus ad Nucleum Novellarum Capite III. promiſſum. Nam hæc etiam, quæ ſcripſimus, quaſi per lancem ſaturam libuit congerere, ut ſaltem ineptias ſuas agnoſcere diſcant ii, quibus novellarum cura penitus frigere aut ſordere videtur. Cæterùm ex his, quæ ſeqvuntur, apparebit non defuiſſe nobis materiam, ſi Geographica, Genealogica, Hiſtorica, Politica & reliqva curioſa voluiſſemus latiori exemplorum apparatu circumveſtire. Nucleum verò hunc quod attinet, equidem plura poteram ſiſtere, ſi per otium licuiſſet Theatri & Diarii Europæi, item Relationum Francofurti & Lipſiæ prodeuntium tomos, vel etiam Mercurium Hollandicum hoc bello inchoatum perluſtrare: ſed, qvi excerpo Novellas, cavere ſimul debui, ne prolixitas in amplitudinem hiſtoriæ excreſceret, ac cum nucleo corticem qvoque proponeret.



NU-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Nucleus Novellarum
Ab Anno 1660. usq; 1676.

M DC LX.

In GERMANIA celebratur Jubilæum, ob impetratam ferè per omnes Christianorum provincias pacem.

Monasteriensis Civitas Episcopo se opponens fœdus pepigerat 1658. cum Hollandis: damnata tamen 1659. à Judicio Aulico hoc anno jubetur subire jugum.

Erfurtenses tertiâ vice à Commissario Cæsare admonentur, ut introducerent preces è Cathedris Ecclesiasticis pro Electore Moguntino.

16. *Apr. moritur Elisabetha Charlotta, Electoris Brandenburgici mater, è domo Palatina.*

4. *April. moritur Enno Ludovicus, Princeps Frisiæ Orientalis inter venandum eqvo delapsus.*

Mens. Septembr. moritur Johann Casimirus, Princeps Anhaltinus in Dessau.

Mense Decembri ventorum vis undiq; sævit, non sine ædificiorum, sylvarum & præcipuè navium clade.

In ITALIA *Florentinam deformat incendium fortuitum.*

TURCA Georgium Ragozkium, Transsylvaniæ Principem invadit, qvòd sine indultu Svecis adstitisset contra Polonos. Ragozkius in prælio occumbit, Waradinum fortalitiū celeberrimum cedit Turcis.
Constantinopoli flamma vis 60000. ædes destruit.

In GALLIA post conclusam 1659. Pacem Pyrenæam hoc anno 9. Jun. recipitur Regia Sponsa Maria Teresia Regis Hisp. filia.

Massilia maris mediterranei civitas domatur, imposito Castello.

Arausio Urbs media in Gallia ad Principem Arausionensem spectans, à Rege occupata, mœnibus nudatur: promissâ restitutione, si Princeps minorennis decem annorum adolesceret.

Circa Burdegalam Terræ motus excitatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Joh. Baptista Gaston, Regis Patruus, Dux Aurelianensis, sine prole mascula moritur.

In HISPANIA feliciter pugnatur adversus Lusitanos: Mauri ab istis in auxilium vocati, anteqvam exscenderent, ab Hispanis dissipantur. At Classis in Occidentalem Indiam destinata Gadibus excedens tempestate correpta maximam partem mergitur.

In ANGLIA Parlamentum superius à Cromvvelo abrogatum restituitur.

Rex in exilio degens d. 14. April. Bredâ scribit ad Anglos, redirent ad officium, se veniam omnibus indulturum.

Inde Consilia ineuntur recipiendi Regis, qvi ex Hollandia solenniter in Regnum reducitur.

Generalis Monkius, cujus opera negotium successerat, creatur Dux Albemarlensis.

Jacobus, Regis frater, Dux Eboracensis, Edvardi Hide Cancellarii filiam sibi collocat.

Episcopi, ante Cromvveli tempora jam abrogati, restituuntur.

Auctores Regicidii variis suppliciis afficiuntur.

In SEPTENTRIONE d. 23. Febr. moritur Carolus Gustavus, Sveciæ Rex adversâ belli fortunâ fatigatus: succedit filius qvinqꝫ annorum Carolus XI.

D. 27. Maji inter Danos & Svecos concluditur Pax Hafniensis.

Rex Daniæ Fridericus III. Pace feliciter restitutâ, à Statibus obtinet, ut ex Regno electitio fieri paterentur absolutum & hæreditarium.

Berga Norwegiæ patitur incendium.

In POLONIA. d. 10. Maji componitur Pax Olivensis, ab Oliva, Prussiæ Monasterio sic dicta, inter Imperatorios, Brandenburgicos, Svecos & Polonos.

Cæterum in Polonia & Prussia ingens fames filiorum carne Parentes satiat.

In BELGIO Seelandi principis Arausionensis partes amplexi, eundem reliqvis Provinciis commendare incipiunt; nec videbatur negligi posse maximè propinqvus Regis Angliæ agnatus.

M DC

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

M DC LXI.

In GERMANIA Monasteriensis Episcopus Civitatem Mense Aprili occupat, eamq; nudat omnibus propugnaculis.

Theodorus Adolphus, Paderbornæ Episcopus, moritur, succedit Ferdinandus, Comes Fürstenbergius.

Tremoniæ lapsa turris subjectum templum nimis deformat.

In ITALIA *Romæ condemnatur Borrus ob nefandam hæresin: ipse fugiens per Germaniam & Hollandiam medendi artem jactitat, Romæ crematus in imagine.*

Cosmus, Florentiæ Dux, sibi collocat d. 19. April. Margaretam Loysam Gastonis Ducis Aurelianensis in Gallia nuper defuncti filiam.

Terræ motu varia oppida destruuntur, aut fœdè lacerantur.

TURCA parat bellum Hungaricum.

In Transsylvania Principatum sibi arrogat Kemini Janos stans à partib9 Cæsaris, adeoq; Barckzajum à Turcis pendentē securi percutit

Turcæ à Venetis apud Insulam Melon in Archipelago insigni clade afficiuntur, cum prius in Dalmatia terrestri prælio fuissent fugati.

Piratæ Africani nimiis progressibus mercaturam Christianorum affligunt

In GALLIA *inter medias voluptates Parisiis magna pars regii Palatii incendio consumitur.*

Cardinalis Mazarinius d. 15. Mart. Vincennis moritur; Rex ab eo scriptus hæres.

Apud Nannetenses macellum emptoribus plenum corruit, non sine multorum clade.

Mense Augusto Nicolaus Fouqvetius, Redituum supremus Inspector, compingitur in carcerem.

10. Octobr. dum Legatus Svecicus, Comes Braheus, Londini ad Regem Angliæ ingressum parat, inter Estradam Galliæ & Batavilleum Hispaniæ Legatos oritur præcedentiæ controversia, vincente Hispano, qvi dissectis rhedæ Gallicæ funibus, ipse loco funium catenas corio obductas habens, sine impedimento progreditur. Galliæ Legatum Rex Parisiis degentem jubet excedere; Suum Madritio revocat.

Die omnium Sanctorum nascitur Regi Filius Ludovicus XV. postea dictus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

In Hispania 6. Nov. nascitur Carolus, postqvam 1. Nov. expirasset Philippus Prosper.

Hispanorum castra à Lusitanis diripiuntur. Illos tamen paulò post solatur classis argentifera, Regi afferens 15. milliones.

Marchio Caracenæ, anteqvam Belgii gubernationem deponeret, simulans Antverpiæ obsidionem, ingentem à civibus pecuniæ summam impetrat.

In ANGLIA *detegitur Conjuratio in Regis & Urbis Londini exitium suscepta.*

Duci Eboracensi ex filia Cancellarii nascitur filius.

Vennerus qvidam, obscuræ conditionis homo, Episcopis infensus cum Latronum manu Londinum invasurus, miserè cum suis perit.

Cromwelii cadaver erutum publicè suspenditur, caput ad Turrim Westmonasteriensem affigitur.

Inter Anglos & Danos renovatur antiqvum fœdus, qvod tempore Cromvveli à Danis non fuerat observatum.

Regi despondetur Catharina, Regis Lusitaniæ soror, dotisq; loco simul promittitur Tanger s. Tingi in freto Gaditano fortalitium Africæ.

Rex solenniter coronam suscipit d. 3. Maj.

Mense Junio Convenantium s. pactum Status Ecclesiastici olim Regi extortum, & Presbyteriano regimini favens, publicè per Carnificem comburitur.

Scotia Episcoporum Regimini valdè adversa sensim exuit ferociam, receptis Episcopis.

Idem succedit in Hibernia.

Classis Anglica frustra molitur obsidionem Algeriæ in Africa.

In SEPTENTRIONE Sveci pacem non ita pridem cum Russis pactam confirmant: sepositis interim finium controversiis.

In POLONIA Carnezkius Generalis insignem victoriam à Russis reportat.

Ast milites nuper in bello Svecico utiles, cum stipendia non solverentur, assumptô Confœderatorum nomine, nimium graves evadunt Reip. maximè bonis Ecclesiasticis, qvæ alioqvin ab oneribus libera videbantur esse lautiora.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

In BELGIO *ArchiEpiscopus Coloniensis frustra postulat restitutionem Rheinbergi spectantis ad suam ditionem.*

Georgius Christianus, defuncti Principis Frisiæ Orientalis Frater, Emdam præsidiis Hollandicis munitam tentat: sed interpositu Batavorum redit utrinq; qvies.

Hollandorum mediatio in causa Monasteriensi rejicitur.

In Orientali India feliciter pugnatur adversus Lusitanos. Ast in Insula Formosa Hollandi Barbaris cedere coguntur Novam Seelandiam.

In Gvinea Africæ prope viride Promontorium Angli Batavis extorqvere conantur Imperium.

Cum Lusitanis concluditur pax, ubi Lusitani promittunt solutionem 800000. florenorum.

M DC LXII.

In GERMANIA metus belli Turcici latè dissipatur, inde ad deliberandum de auxiliis Comitia Ratisbonensia indicuntur.

Passavia ad Danubium incendio deletur.

Ludovic. Henricus, Princeps Nassovius in Dillenberg d. 9. Maj. moritur. d. 20. Maj. moritur Wilhelmus, Dux Saxo-Vinariensis.

Leopoldus Wilhelmus, Archidux Austriæ, Imperatoris Patruus, Episcopus Patavinus, Argentoratensis, Olmuciensis, Vratislaviensis, Magister Ordinis Teutonici moritur d. 20. Nov.

In Episcopatu Argentoratensi succedit Franciscus Egon Comes Fürstenbergius.

In Magisterio Ordinis Teutonici Carolus Josephus, Imperatoris Frater.

Ferdinandus Carolus Archi-Dux Oenipontanus 30. Dec. moritur, succedit frater Sigismundus Franciscus.

In ITALIA Romæ Carolus Dux Creqvius, Regis Galliæ Legatus, violatur. Corsi enim, militum genus, à qvibusdam Burgundis exacerbati Legati ædes, imò uxorem rhedâ vectam invadunt, Legatus discedit, Rex Galliæ meditatur ultionem.

Mutinæ moritur Dux Alfonsus.

Veneti mense Septembri navalem Turcis victoriam extorqvent, captis aut eversis navibus, qvæ Constantinopoli Ægyptum tendebant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

TURCA exclusô Kemini Janos Transsylvaniæ Principem constituit Michaëlem Abaffy.

In GALLIA *ob inundationem aqvarum sterilitas, ex sterilitate ingens fames, ex fame pestilentia.*

Mense Febr. pacta ineuntur cum Duce Lotharingiæ, ut ipse reciperetur inter Principes regii sangvinis; interim Regi transcriberetur omne jus in Lotharingiam. Carolus, Ducis ex fratre nepos, se exclusum videns, fugit in Germaniam.

Galliæ Rex arctô fœdere cum Hollandis jungitur.

In minori Britannia, qvòd aucta essent vectigalia, plebs tumultuatur.

Idem ob salis vectigalia agunt Bononienses, sed malè multati resipiscunt.

Dunkerka Flandriæ portus, qvem Angli hactenus possidebant, solutis qvinq; florenorum millionibus, ceditur Regi Galliæ.

Regina parit filiam.

In HISPANIA Duce Johanne Austriaco suscipitur expeditio Lusitanica: Lusitani crudelissimè tractantur. Paulò post Hispani acceptâ clade qvasi crudelitatis pœnas solvunt.

In Lusitania Reginæ matri cum filio minus benè convenit.

In ANGLIA Rex Sponsam Portugallicam sibi jungit d. 21. Apr.

Lauson Thalassiarcha Algeriensibus piratis extorqvet pacem.

Multi ex Regiis Judicibus ad supplicium trahuntur.

Angli cum Hollandis d. 4. Septembr. super variis controversiis transigunt, pacemq; firmant. Imprimis ab Hollandis promittitur, velle se ad occursum navium Anglicarum vela demittere, ac Insulam Puleron in Orientali India restituere, qvod promiserant jam 1622 &c. Excipiuntur tamen casus difficiliores, imprimis prætensio Anglica ob ereptas duas naves, qvarum pretium excedit 1700000. florenos Hollandicos. Inde prudentiores judicant tractatum hunc non fore diuturnum.

In SVECIA destinatur solennis legatio ad Imperatorem, ob confirmanda Germaniæ feuda: qvô nomine solennis introitus in urbem Viennensem negatur, *qvod veniret tanqvam à Vasallo non tanqvam à Rege.*

In POLONIA Confœderati qvamvis exercent licentiam, indignabundi adversus Regium Procancellarium Patzium, qvi videbatur

id

id agere, ut Dux Engvianus, Reginæ ex ſorore nepos, deſtinaretur ſucceſſor Regni.

Pruſſia hujus militis infenſam ſævitiam non minus experitur.

In RUSSIA *ob adulterinam monetam oritur civium ſeditio, qvam Auctores & Complices graviſſimis pœnis luunt.*

In HOLLANDIA pax fit cum Tunetanis piratis.

Horrenda aqvarum inundatio multis urbibus videtur minari extremam cladem.

Luſitanis in Orientali India eripitur Cananor, Cochin ad futuri anni prædam ſepoſitum obſidetur.

M DC LXIII.

In GERMANIA ſtrenuè aguntur Comitia, qvibus ſub anni finem ipſe Imperator cum multis Principibus accedit.

Adamus Laurentius Comes Toringenſis fit Epiſcopus Ratisbonenſis.

Argentoratenſes, autoritate Regis Galliæ permoti, controverſias cum novello ſuo Epiſcopo deſerunt.

Epiſcopus Monaſterienſis nomine Principis Lichtenſteinenſis à Principe Friſiæ Orientalis poſtulat 300000. taleros, decreto Imperatoris adjudicatos, ac per ſtratagema occupat fortalitium Eyderanum. Hollandi moliuntur amicam compoſitionem, oblata ad ſolvendum pecuniâ, poſtmodum oſtenſis armis.

Menſe Octobri Chriſtianus Dux Megapolitanus lineæ Sverinenſis in Gallia diſcedit ad Religionem Pontificiam.

Menſe Decembri Sponſalia Imperatoris cum Margareta Hiſpanica confirmantur.

Erfurtenſes Fecialem Imperatorium, in cauſa Moguntini venientem d. 8. Octobris ex eqvo deturbant, verberibus affectum dimittunt: paulo poſt milite Moguntino irritati ſeditionem excitant, Conſulemq; Limprechtum d. 30. Nov. capite truncant. Inde graviorem merentur Banni declarationem.

In ITALIA *Romæ Caſtellum Angeli cœlitus tangitur, Angeli in ſumma arce brachium excutitur; inſignia Pontificis deformantur.* Aliqvi inde *augurantur calamitatem belli Gallici.*

Florentiæ Coſmo III. Duci naſcitur filius menſe Auguſto.

Mar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Margareta Sabaudica Rainutii Ducis Parmensis Conjux moritur, thalamo Parmensi destinatur Isabella Estensis, Mutinæ Ducis filia.

RexGalliæ causam Parmensem adversus Papam suscipiens urget restitutionem Ducat9 Castri, 1644. sub debitorum prætextu ereptũ.

Rex qvidam sive Princeps Maroccanus ex Africa, Neapoli degens, fidem Christianam amplectitur.

TURCÆ immissis Tartaris Hungariam & Moraviam miserè deprædantur.

Forgatschius Neuheuselium à Turcis obsessum, post strenuam defensionem, non expectatis suppetiis, factâ deditione relinqvit.

Interim Nicolaus Serini Comes, Turcas primò ad Carolostadium, postea ad Muram fluvium feliciter profligat.

In GALLIA Civitas Avenionensis, alioqvin Juris Pontificii occupatur: qvin etiam Pontifice fulmen minitante respondetur, fieri posse, ut Ecclesia Gallicana regeretur per peculiarem Patriarcham.

Mense Martio moritur Edvardus Palatinus, Electoris frater, jus naturalitatis in Gallia adeptus.

Ob tractatum superiori anno cum Lotharingo initum qværitur causa invadendi Lotharingiam, Marsal fortalitium nobilissimum occupatur.

Mense Decembri Fœdus Helveticum solennioribus Ceremoniis confirmatur, intercedente utrinq; juramento.

Dux Engvianus Henricus Julius Loysam Edvardi Palatini filiam splendidis nuptiis Conjugem indipiscitur.

Paulò post in Parlamento præsente Rege qvatuordecim creantur Duces & Pares Franciæ, de Vernevil, Mareschalli d'Estree, de la Mesleraye, de Grammont, de Villeroy, de Mortemar, de Mazarin, de Foix, de Creqvi, de Coaslin, de Navailles, de St. Aignan.

Fouqvetius coram judicio graviter examinatur.

In SABAUDIA miseri Waldenses crudeliter habiti, tandem se defendunt, Hollandi collectis Eleemosynis eos recreant.

Francisca Magdalena Gastonis Ducis Aurelianensis filia Carolo Emanueli Duci collocata, sub initium anni seqventis moritur.

In HISPANIA Commissarius Financiarum Joh. de GongronaRepetundarum reus ex carcere respondet.

Joh.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Joh. Austriacus in Lusitania Eboram capit, sed ad prælium adactus gravissimam ac pudibundam cladem patitur. Interim Lusitani victoriâ frui malunt, qvàm uti.

In ANGLIA Qvackeri publicam securitatem turbant.

Angli ab Hispanis in India occidentali læsi Cubam Insulam invadunt, expulsisq; incolis & incensa S. Jacobi Urbe discedunt.

In SEPTENTRIONE *Cornificius Uhlefeldius, Regis Danici primarius Minister, conspirationis reus aufugit.*

Comes Konigsmarckius bello Germanico clarus in Svecia moritur.

d. 3. Aug. Stetinum Regi Sveciæ præstat homagium.

d. 10. Octobr. Johanni Georgio III. Electorali Saxoniæ Principi despondetur Anna Sophia Daniæ Regis filia primogenita.

In POLONIA militum Confœderatorum tumultus componuntur.

Cosacci sub tutela Moscovitica turbas movent.

d. 18. Octobr. Friderico Wilhelmo Electori Brandenburgico post impetratam Prussiæ Superioritatem à Regiomontanis præstatur homagium.

In BELGIO Hollandi novam precationis formulam nituntur introducere, qvibus acriter contradicunt Selandi.

Cochinum Orientalis Indiæ Lusitanis tandem eripitur.

Canada Americæ sive insula sive provincia terræ motu miserè affligitur.

M DC LXIV.

In GERMANIA *Carolus Josephus, Imperatoris frater, qvi viveret unicus, moritur.*

In Magisterio Ordinis Teutonici succedit Johannes Caspar ab Ambringen

In Comitiis rerum bellicarum cura præsente Imperatore cum successu agitur. Legati suppetias impetraturi ad omnes Reip. Christianæ Status designantur.

Archi-Episcopus Salisburgensis Passavii simul fit Episcopus.

d. 1. Nov. Fundatore AUGUSTO Principe Gymnasium Augustum Weissenfelsæ introducitur.

In ITALIA post varios timores mense Febr. Pisis inter Gallum & Pontificem concluditur pax. Chisius Legatus à Latere mittitur Parisios

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

risios deprecatum. Avenio restituitur Pontifici. Parmæ Dux frustra sperat discamerationem Castri.

Gasvinus Nichelius Jesuitarum Generalis Romæ moritur: succedit Joh. Paulus Oliva.

TURCÆ celebrant occupationem Neuheuselii. Sed inter ignium nocturnorum ludibria magna pars ædium Constantinopolitanarum corripitur.

Serinius Qvinqve-Ecclesias diripit: Pontem Esseckiensem destruit.

Mense Majo Imperator Constantinopoli discedens ad Hungariæ fines movet.

Interim congregatis Germaniæ auxiliis, Turcæ qvadruplici clade affliguntur, præsertim in prælio ad San- Gothardum d. 22. Jul.

Imperatori ex Concubina Græcæ nationis nascitur filius: fratres antiqvâ lege strangulandos ipse adhuc in vivis relinqvit.

d. 10. Augusti florentibus Christianorum rebus improvisa concluditur pax; indignantibus Hungaris. Imperator tamen Leopoldus videbatur tria respexisse, 1. Qvod Hispaniæ Rex morti esset proximus. 2. Qvod Polonia Regem haberet nullô hærede munitum. 3. Qvod Turca Venetis alioqvi daturus pacem, unitis viribus immineret Hungariæ.

Nicolaus Serinius ab Apro occiditur: nisi genus mortis hôc ænigmati involvitur.

In GALLIA *Lupara (Louvre) Regis sedes nitidiùs extruenda præstantissimis artificibus locatur.*

Consilia Societatis Mercatoriæ tum qvoad Indiam Orientalem, tum qvoad Occidentalem, Autore Colberto, strenuè agitantur.

Qvinetiam fossa inchoatur, unde naves ex mari mediterraneo in Oceanum felici compendiò possent transportari.

Dauphino, Regis filio, ad futurum baptismum, qvi tamen postea dilatus, mittuntur à Pontifice fasciæ benedictæ.

Galli ad stabilienda commercia occupant Castellum Africanum Gigery, idq; novô nomine vocant la Sainte Croix: at post brevem ejus possessionem à Barbaris rejiciuntur.

Contio Principi nascitur filius Franciscus Ludovicus mens. Maj.

Henricus Dux Gvisius moritur mens. Jun.

Ponti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Pontifex Regi concedit Jus Patronatꝰ Episcopatuũ, Metensis, Tullensis, Verodunensis, Arrebatensis, Perpiniani, ut & Ecclesiarum Alsatiæ

Qvod Gallus Imperatori in Hungariam misisset auxilia, Legatus Gallicus Constantinopoli conjicitur in carcerem. Neq; tamen Rex magnam hanc injuriam ulciscitur, ob minorem contumeliam nuper iratissimus Pontifici.

In HISPANIA Regis langvida senectus parum promovet negotia adversus Lusitaniam.

In ANGLIA conferuntur consilia, ad defendendum fortalitium Tingitanum adversus Gaylandum.

Navium apparatus Hollandis fit suspectus, donec ab Anglis missæ ad Africanum littus copiæ, non indicto bello, munimenta Hollandorum, ad Caput viride (Promontorii nomen est ad Gvineam) unà cum navibus occuparentur. Causam faciebant articuli in fœdere 1662. sepositi, qvorum satisfactio nondum contigerat.

In DANIA Primogenitus Regis Princeps omnium Collegiorum denominatur Præses.

Sperlingius Med. D. conspirationis Ublefeldianæ reus Hamburgo per astum abductus, respondet ex carcere.

In SVECIA *Metropolis Stocholmia aliqvoties incendio laborat.*

Feudorum Germanicorum in Aula Imperatoria tandem obtinetur confirmatio, suspensa, nescio ob qvas causas, jam à morte Ferdinandi III.

In POLONIA felicius pugnatur adversus Moscovitas.

Mense Decembri Georgius Lubomirskius, Regni Mareschallus, tanqvã Auctor superioris Confœderationis inter milites, accusatur Nobiles protestantur, liberamq; suam vocem in Comitiis validam asserunt: nihilominus prævalente Regis (*forsan & Reginæ*) factione condemnatur ad pœnam (*sic verba sonant*) abjudicationis honorum, infamiæ, Bonorum confiscationis & colli.

In BELGIO *Mortaignius virginem rapiens asylum qværit apud Comitẽ Culenburgensem, postea Bremæ è mediis militibus diffugiens, Hollandos eludit, Comes parum abest à periculo.*

Rex Galliæ urget restitutionem bonorum, qvæ in provinciis fœderatis pertinerent ad Eqvites Melitenses.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Fortalitium Eyderanum à militibus Monasteriensibus occupatum, copiis Hollandicis obsessum recipitur.

Wilhelmus Princeps Nassovius Pistoletti explosionem festinaturus improvisam sibi mortem accelerat.

Mense Januario *Eclipsis Solis contigit, plerisq; Calendariographis non observata.*

Gemina praecedentiae controversia offertur. Mense Aprili Holsatiae Dux obviam factus Dovvningio Regis Angliae Legato, qvòd nollet cedere, impetum fieri jussit in satellites. Postea per mediatores effectum est, ut qvisq; versis carrucis pristinâ viâ regrederetur. Mense Majô idem tentabat Princeps Arausionensis adversus d' Estradium Legatum Gallicum. Sed dimissus Legatus, Princeps carrucâ egrediens simulat se accessisse, ut Tabernam mercatoriam perlustraret.

Reiterus Admiralis in Africam missus, progressus Anglorum turbat.

Surata Indiae à praedonibus diripitur.

Mense Decembri apparet Cometa.

M DC LXV.

In GERMANIA moritur Princeps Porcia Aulae Imperatoriae supremus Magister d. 24. Febr. surrogatur Wenceslaus Princeps de Lobkovviz.

d. 15. Mart. Cellae moritur Christianus Ludovicus, Dux Lüneburgensis. Circa successionem colliduntur fratres Georgius Wilhelmus & Joh. Fridericus Pontificiae religioni addictus. Uterq; ad se pertinere asserit portionem Cellensem. Tandem d. 28. Sept. controversiis compositis Georgius Wilhelmus Cellam, Joh. Fridericus Hannoveram obtinet.

Mense Majo Comes Leslaeus, ad Legationem Turcicam designatus, iter suscipit: alius Legatus Turcici Imp. nomine Viennam accedit.

d. 25. Maji moritur Sigismundus Franciscus Archi-Dux Oenipontanus, cui jam desponsata fuerat Hedvvig Augusta è domo Sulzbacensi. Ad Imperatorem redit Comitatus Tyrolensis haereditas.

Gotha incendio deformatur mense Jul.

Lubecenses cum Senatu reciprocant controversias.

Be-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Berolini Stabulum Electoris igne consumitur.

Elector Moguntinus Palatino movet turbas. Nam Ladenburgi ad Nicrum possessio, spectans alioqvin ad Episcopatum Wormatiensem, oppignorata erat Palatino, qvi tergiversabatur, Moguntinô volente pretium pignorationis exsolvere. Tandem oppidum vi expugnatum Seqvestro Imperatoris traditur, donec solutô pretiô lis evanesceret.

d. 5. Octobr. Academia Kiloniensis solenniter dedicatur.

d. 21. Nov. moritur Henricus Julius Dux Saxo-Lauenburgensis.

Oppolium & Ratibora Silesiæ Ducatus Polonis hactenus oppignorati, solutô pretiô redeunt ad Imperatorem.

In ITALIA Parmensis neqvicqvam urget restitutionem Castri.

d. 16. Aug. moritur Carolus III. Mantuæ Dux.

TURCA Neuheuselii nomine à circumjecto territorio postulat homagium.

Abaffy missis ad Imp. Rom. Legatis rem Transsylvanicam cupit Paci inclusam.

Seraglio s. Gynecæum Turcicum igne perit.

Novus Judæorum Messias, qvi Smyrnæ exurgens Judaicum populum incredibili expectatione impleverat, pudibundam fabulæ facit catastrophen, assumptâ post annum religione Turcica.

Arabes ingenti tumultu Mecham occupant. An Mahomethis sepulchrum vi magneticâ in aëre pendulum destruxerint, illi viderint, qvibus autoribus id in novellis fuit memoratum.

In GALLIA *Fouqvetius condemnatur ad perpetum carcerem, ducendus Pignarolam.*

Rex in Parlamento Edictum confirmat adversus Jansenistas: ast urgente Pontifice, ut in Ecclesia Gallicana firmaret Pontificis infallibilitatem ejusqve auctoritatẽ supra Concilia, nihil obtinetur.

Rex fervente inter Anglos & Batavos bello, ab his admonetur fœderis 1662. initi. Is tamen respondet, turbas excitatas in Africa: fœdus verò non extendi ultra Europam. Tandem susceptâ mediatoris personâ, Ducem de Vernevil Legatum destinat ad Regem Angliæ.

Dux Beaufortius adversus piratas maris mediterranei classẽ educit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Mortuô Rege Hiſpaniæ Gallus prætendit in ſucceſſionem Belgicam nomine Conjugis, allegans Jus devolutionis in Brabantia uſitatũ.
Orange reſtituitur Principi Arauſionenſi.
In SABAUDIA Carolus Emanuel ſibi jungit Mariam Johannam de Namour, è Sabaudica itidem familia natam, Principis Nemoroſii in Gallia hæredem. Carolus Lotharingus, cui deſponſata iſta fuerat, indignatur ſibi eripi ſponſam.
Genuenſes cum Sabaudo ob controverſias finium colliſi, auctoritate Regis Galliæ redeunt in gratiam.
In HISPANIA *Dux Medinæ Sidoniæ moritur.*
Luſitani irruptionibus ſuis viciniam terrent. Marchio Caracena in occurſum miſſus gravi clade afficitur.
d. 15. Sept. Philippus IV. Rex moritur, ſuccedit filius Carolus II. qvatuor annorum. Claſſis argentifera 16. Millionum dives appellit
In ANGLIA bellum velitationibus Africanis excitatum, menſe Februario Hollandis indicitur.
Fanatici publicam qvietem nimis turbant.
Accedit Peſtis Londini maximè graſſans : unde Parlamentum Oxoniæ conſcribitur.
In DANIA diſplicet Anglorum temeritas. Hollandis enim in portum Bergenſem Norvvegiæ digreſſis, Angli poſtulaverant à præfecto, expelleret naves, additâ comminatione, fore ut vi viam aperirent. Tandem re infectâ diſcedunt, Rege Anglô, factum Thalaſſiarchi palam non approbante.
In SVECIA Rex Carolus Academiæ Upſalienſi ſtudiorum gratia addicitur.
In POLONIA *Cernezkius, inſignis belli Dux, moritur.*
Cauſa Lubomirskii efficit, ut tria Comitia ſine fructu diſrumpantur. Ipſe Lubomirskius manu armatâ ſe oſtendens, ſub anni finem conſentit in armorum inducias.
In BELGIO prohibentur manufacturæ Anglicæ.
d. 3. Jun. per biduum gravis pugna, Batavis tandem, cum jactura præcipuorum Admiralium naviumq; bellicarum diffugientibus.
Epiſcopus Monaſterienſis pecuniâ Anglicâ inſtructus Hollandis movet bellum terreſtre, ob Dominium Borkelo, ſuo Epiſcopatui debitum.

Angli

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Angli Hollandis naves aliqvas ex India Orientali reduces, item alias plures Smyrnâ venientes eripiunt.

Cometa sive pristinus sive novus denuò apparet.

M DC LXVI.

In GERMANIA Wildfangiatus causa cum Palatino Electore colliduntur vicini Episcopi, Principes & Comites.

d. 14. Jun. Magdeburgenses Duci Augusto & eventualiter Electori Brandeburgico præstant homagium.

d. 3. Jul. moritur Albertus Bavariæ Electoris Patruus, paulò ante Electoratus Administrator.

Mense Decembri ex Hispania Viennam venit Margareta Teresia Imperatoris Sponsa: Nuptialem solennitatem illustrat Balletum, ut vocant, instructis eqvitibus productum, inventoribus Florentinis.

In ITALIA *Pontifex valetudinem indies debiliorem, usu lactis asinini fovet.*

Mantuani & Mutinenses ortâ circa fines controversiâ utrinq; ad arma spectant; sed interventu vicinorum restituta tranqvillitas.

In HUNGARIA *Comes Ballasfi Imbre, qvi sub prætextu controversiarum cum Palatino turbas moverat, coactus sese submittit.*

TURCA nostro Imperatori donat Bibliothecam Ludovici Hungariæ Regis, constantem libris 50000.

Obsidio Candiæ suscipitur.

In GALLIA mense Februario, post frustra tentatum Mediatoris officium, declaratur bellum adversus Anglos.

d. 20. Jan. moritur mater Regis Anna Maria Hispanica.

Regis Angliæ Mater, Galliæ Regis amita versatur in Gallia.

Lutetiæ ad impedienda facinora nocturna laudabili instituto, novæ ordinantur vigiliæ, additô onere alendorum in qvavis platea ignium.

Ducis Aurelianensis filius exactô bienniô moritur.

In HISPANIA Legatus Anglicus mediatoris personam agit inter istos & Lusitanos. Lusitanis superioritatem suam defendentibus offeruntur induciæ; his repudiatis placet consilium, ut sepositis

Regum

Regum personis, Respublica Hispanica cum Lusitanica pacisceretur: sed hoc etiam in Statu Monarchico vix videbatur recipi posse.

d. 27. Febr. in Portugallia moritur Regina Mater.

Alfonsus Portugalliæ Rex è Gallia accipit Sponsam Mariam Franciscam Ducissam Aumaliæ è domo Sabaudica, dote splendidissimâ instructam.

In ANGLIA mense Martio bellum qvoq; declaratur advers9 Gallos

d. 12. Sep. Londinum sævissimô incendiô affligitur.

In DANIA Hollandis conceduntur auxilia adversus Anglos.

Princeps Electoralis Saxoniæ consummat nuptias.

In SVECIA Tractatus finium causa cum Moscovitis agitati, tandem perficiuntur.

Civitas Bremensis post varia libertatis molimina Svecis promittit, velle se usq; ad annum 1700. abstinere à sessione in Comitiis, itẽ à titulo liberæ ac Imperialis Civitatis: Svecis interim affirmantibus, omnia Privilegia fore salva, qvæ vigore Instrumenti Pacis Civitati competerent.

In POLONIA Lubomirskius allectis ad se Nobilibus militibusqve Confœderatis, Pacem tandem à Rege obtinet, eâ tamen lege, ut extra Regni fines concederet.

Post eandem Pacem d. 30. Jul. publicô Regis diplomate libera Electio Proceribus confirmatur, indignantib9, qvi stabant à partibus Gallicis, penes Regem non esse jus denominandi successorem Gallicæ nationis.

In BELGIO Pax obtinetur cum Episcopo Monasteriensi, hâc lege, ut is renunciaret omnibus fœderibus, in præjudicium Belgii spectantibus, Borkeloënsam Dynastiam restitueret, milites ultra 3000. non retineret.

Princeps Arausionensis pro Filio Status agnoscitur, annuamqve Pensionem obtinet.

Elector Brandenburgicus Hollandiam perlustrat.

d. 11. Jun. per qvatriduum pugna navali certatur: utrinq; jactatur victoria.

d. 4. Aug. denuò naves colliduntur. Hollandi fugiunt, Trompius qvasi re malè gesta deponitur.

Clas-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Classis Mercatorum in portu Vlie ad Russos destinata, Anglorum fraude inceditur. Paulò post Batavi naves Anglicas in Albis ostio prope Hamburgum incendunt. Inde Angli ab Hamburgensibus petunt restitutionem: cum tamen illorum culpa nihil esset admissum.

Mense Octobri publicatur fœdus defensivum, qvod Rex Daniæ Elector Brandeburgicus, & Duces Lüneburgici pepigerant cum Statibus Belgii fœderati.

Æstas præter morem calida felicem reddit vini proventum.

M DC LXVII.

In GERMANIA controversia Wildfangiatus Arbitris Gallo & Sveco d. 7. Febr. componitur. Electori Palatino jus suum confirmatur.

d. 18. Jun. moritur Conjux Electoris Brandenburgici è domo Arausionensi.

d. 18. Sept. Imperatori nascitur Filius in baptismo dictus Ferdinandus.

Cardinalis Harrachius Pragensis Archi-Episcopus moritur, succedit Comes de Colovvrat.

Princeps Frisiæ Orientalis, ut & Familia Fürstenbergica in Comitiis ad votum & sessionem in Senatu Principum admittitur.

In ITALIA Genuensis Resp. solennem Legationem ad Portam Ottomannicam destinat, ut sub propriis signis imposterum liceret in Turciam navigare, qvòd antea sub vexillis aliorum fecerant.

Sabaudus Genevensibus movet turbas, qvibus tamen intercedunt Helveti.

Ragusa in littore Dalmatiæ terræ motu destruitur.

d. 22. Maj. moritur Alexander VII. Pontifex, cui post mensem d. 20. Jun. succedit Julius Rospigliosi assumptô nomine Clementis IX.

Sabaudus cum Mantuano circa Vicariatum Rom. Imperii per Italiam controvertit.

TURCA obsidionem Candiæ furenter continuat.

In GALLIA Regi nascitur filia d. 2. Jan. unde præ nimio gaudio solenniter canitur, *Te DEum laudamus*, qvod alioqvi solis filiorum natalibus factum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Rex molitur editionem Codicis Ludoviciani.

Successio terrarum Belgicarum urgetur, licet Regina Galliæ ante nuptias solenni abdicatione omnia jura à se removisset. Edito igitur librô (qvem tamen alius, sub titulo Clypei Status & Justitiæ: solidissimè refutavit) justitiam armorum adstruere ausus. d. 1. Jun. solenniter bellum indicitur. Hispanis ad tantum impetum non armatis, Galli multas Urbes, præcipuè Insulas (Ryssel) occupant. Interim usq; ad belli denunciationem Archi-Episcopus Ebrodunensis (Ambrun) Madritii Legatus, negaverat, apparatus Gallicos dirigi adversus Belgium.

In HISPANIA defensio adversus Gallum tardius procedit.

In LUSITANIA firmissimum fœdus cum Rege Galliæ pangitur. Tandem Alfonsus Rex à Subditis malæ administrationis, ab Uxore impotentiæ accusatus, cogitur deponere coronam: succedit titulo Regentis Regii frater Petrus.

In ANGLIA Dux Buginkamius qvasi Regis progenie contempta, qvod ipse suam nescio ex qva Genealogia prætulisset, compingitur in carcerem: at brevi asseritur in libertatem.

Principi Eboracensi duo intra unam septimanam filii moriuntur; cui tamen mensis September novam filii nativitatem intimat.

Comes de Clarendon Cancellarius, multorum criminum reus, fuga salutem qværit. Interim eidem imputatur Dunkerka venditio, nec non belli Hollandici ulterior dilatio.

In DANIA d. 26. Jun. Princeps Regius Christianus sibi collocat Charlottam è Domo Hasso-Casselensi.

d. 19. Jun. moritur Antonius Guntherus, ultimus è Comitibus Oldenburgicis. Rex Daniæ & Dux Gottorffensis sibi asserunt hæreditatem, jure proximæ agnationis: sed contradicit Joachimus Ernestus, Dux Holsatiæ in Plön, qvi gradu unô se propiorem Comiti defuncto asserebat.

d. 24. Octobr. Christianus Albertus, Dux Gottorfensis ducit Fridericam Amaliam, Regis Daniæ filiam.

SVECI à Civitate Bremensi d. 9. Jul. accipiunt homagium.

Christina Regina novi Pontificis electionem Hamburgi solenniter celebratura, qvod plebejis concessisset liberum vini potum, ab iisdem ebriis domo extur-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

exturbatur, fractis fenestris, tentataq; ædium destructione, nisi Magistratus autoritatem interposuisset in tempore.

In POLONIA Pax concluditur cum Moscovitis.

Cosacci Duce Dorossenkio sub protectionem Turcarum sese committunt.

Lubomirskius Vratislaviæ moritur.

d. 10. Maji moritur Regina factioni Gallorum in regno nimium dedita, turbarumq; hactenus cum Lubomirskio non levis causa.

Rege ad senectutem vergente præter Gallos & Germanos successionem ambiunt Tartarus & Moscovita.

In HOLLANDIA Admiralis Reiterus classe ad ostium Tamisis adductâ, flumen ascendit, occupatisq; insulis & fortalitiis qvibusdam insigni prædâ, majori gloriâ recedit.

d. 13. Jul. Bredæ inter Anglos & Batavos, mediantibus Svecis, pax componitur: unde Galli & Dani qvoq; cum Anglis redeunt in amicitiam.

Princeps Arausionensis in Consilium Status allegatur: at Gubernatoris functio publicè abrogatur edicto, qvod Die Mortification der Stadthalterschaft communiter appellatum.

M DC LXVIII.

In GERMANIA Mense Januariô filius Imperatoris moritur.

Per Danubium stabilitur Societas Mercatorum in Turciam.

Mense Febr. Viennæ conflagrat sedes Imperatricis viduæ.

Episcopus Paderbornensis fit Coadjutor Monasteriensis, frustra competente Electore Coloniensi.

Mens. Apr. Maximilianus, Electoris Bavariæ frater, ducit Uxorem Mauritiam Febroniam è domo Bullionensi: unde in illa aula magnus partium Gallicarum favor.

Mens. Jun. Hamburgi Commissio controversiæ Plœnensis sine fructu dissolvitur.

Archi-Episcopus Pragensis ex Colovratorum familia moritur.

d. 14. *Jun. Elector Brandenburgensis sibi jungit Dorotheam Christinam, Christiani Ludovici, Ducis Luneburgici viduam.*

Elector Palatinus cum Lotharingiæ Duce colliditur, eidemq; eripit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

castra Landstuel & Hoheneck. Moguntinus & Simmerensis suas partes interponunt: tandem res à Cæsare arbitro Marchioni Badensi Judici Camerali permittitur.

In locum Gvidobaldi Archi-Episcopi Salisburgensis eligitur Maximilianus Gandolfus Episcopus Seccaviensis Comes de Kühnberg.

Albertus Sigismundus Bavariæ Dux Episcopus Freysingensis simul fit Episcopus Ratisbonensis.

d. 2. Aug. moritur Princeps Gonzaga Consilii bellici apud Imperatorem Præses: succedit Comes ac Generalis Montecuculi.

Gustavus Adolfus Marchio lineæ Durlacensis fit Abbas Fuldensis.

d. 18. Oct. Principi Electorali nascitur filius Johannes Georgius IV.

d. 25. Oct. Johannes Fridericus Dux Luneburgo-Hannoveranus ducit Benedictam Principissam Palatinam è Gallia, Edvardi filiam.

d. 21. Nov. moritur Adolfus Wilhelmus, Dux Saxo-Isenacensis, qvẽ brevi in mortalitate seqvitur filius posthumus.

In ITALIA *Romæ rescinditur Pyramis erecta adversus Corsos in Legatum Gallicum injurios 1664.*

Alia inscriptio, qva testabatur Henricum IV. Galliæ Regem rediisse ad Catholicos, removetur, qvasi turpe esset, Regem Christianissimum aliqvando non fuisse Catholicum.

Pontifex decimas ab Ecclesiasticis exigendas Venetis decernit in suppetias belli Turcici.

Genuatium & Genevensium controversiæ cum Sabaudo sopiuntur

In AFRICA Tafilettæ nomen inclarescit, occupatis regnis Fez & Marocco.

In GALLIA continuatur bellum adversus Hispanos, occupatô Comitatu Burgundiæ, qvi dictus le Franche Comté.

Delphinus filius Regis primogenitus demum 24. Martii baptizatur impositô nomine Ludovici. Ac cum apud Hispanos & Austriacos sæpè decem nomina in baptismo conferantur, ipse natus 1661. festo omnium Sanctorum, dictus *Ludovicus omnium Sanctorum.*

d. 4. Maji Aqvisgrani concluditur pax inter Gallos & Hispanos. Hispano restituitur Comitatus Burgundiæ, reliqva à Gallis in Belgio occupata iisdem relinqvuntur.

d. 5.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

d. 5. Aug. Regi nascitur filius secundogenitus, qvi postmodum in baptismo dictus Philippus, in titulo vocatur Dux Andegaviensis.

Princeps de Monaco in Galliam concedens, deserta Regis Hispani protectione, fit Dux Valentinois & Par Franciæ.

Turenius, Reformatorum Patronus & assecla, in extrema jam senectute constitutus, transit ad Religionem Pontificiam.

In HISPANIA mense Martiô tandem Pax cum Lusitanis concluditur Regnumq; illud agnoscitur pro absoluto. Unde Lusitani postmodū indignantur, in Pace Aqvisgranensi Hispanum titulis suis adhuc inserere mentionem Lusitaniæ & Algarbiæ.

Multi ex Portugallis Alfonsum conspiratione frustranea desiderāt.

Petrus tandem dispensatione Pontificis confirmatus, fratris adhuc viventis Conjugem sibi collocat. Alfonsus interim delitescere cogitur in monasterio.

Post Pacem Aqvisgranensem in gratiam Hispanorum, Angli, Sveci & Batavi fœdus pangunt, à tribus his partibus dictum die Tripel-Allianz/ hâc fini, ut Rex servaretur in eo statu, in qvo esse deberet vigore Pacis Pyrenææ.

Mense Junio Pro-Rex Sardiniæ Comes de Camemno, furente plebe lethalem sclopetæ ictum excipit.

Mediolani moritur Gubernator Ludovicus Ponce de Leon.

In Belgio Gubernator de Castel Rodrigo successorem habet Conestabilem Castiliæ.

Circa hoc tempus Judæi filius in Gallia se profitetur esse Balthasarem Regis Hispanici filium: thronum tandem inveniens in carcere.

In ANGLIA Tractatus rerum maritimarum cum Hollandis absolvitur.

Hôc tempore insigne figmentum de Insula Pines vulgatur, qvam unicus Anglus, qvatuor mulieribus adjutus, magno filiorum & nepotum numero replevisset. Lusit postmodum aliqvis, qvòd Pines per anagramma esset Penis.

In SVECIA d. 28. Jan. Lundinum Scaniæ nuper à Danis impetratæ oppidum ornatur Academia.

In POLONIA Galli Statibus redduntur invisi.

d. 16. Sept. Joh. Casimirus Rex solenni abdicatione thronum deserit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Moscua Russorum metropolis d. 22. Aug. consumptis 16000. ædificiis incendio destruitur.
In BELGIO Würzius militiæ Hollandiæ præficitur.
Comes Benthemensis apud Episcopum Monasteriensem, omissa Reformatorum religione transit ad Catholicam: Conjux certior facta filios mittit in Hollandiam, nimiùm indignante Patre.

M DC LXIX.

In GERMANIA Imperatori d. 18. Jan. nascitur filia Maria.
Maria Magdalena Archiducis Oenipontani relicta filia 14. annorum moritur.
Lubecæ dissidia inter Senatum & Cives componuntur.
Mense Martio Adolfus Johannes Com. Palatinus defuncti Sveciæ Regis Caroli Gustavi frater, insigni diffidationis exemplo, Oberbrunnam Comitis Leiningensis in Camera Spirensi Præsidis sedem, miserè diripit: postea securitatem in Svecia quærit.
Elector Brandenburgicus feliciter molitur transitum ex Viadro in Albim.
Eidem mense Majo in Prussia nascitur filius Philippus Wilhelmus.
Marqvardus Comes in Castel Episcopus Eichstadiensis, in Comitiis Ratisbonensibus designatur Commissarius Imperatoris.
d. 16. Jul. Salisburgi fragmentum montis corruens multa opprimit ædificia, & in iis plus qvàm 500. incolas.
Circa hoc tempus Schmideberga prope Witebergam incendium terrestre conspicitur.
Wilhelmus Landgravius Hasso-Casselensis moritur.
Ferdinandus Marchio Badensis cum Electore Palatino venationi indulgens, improvisa proprii sclopeti (Flintam vocant) explosione, seipsum lethaliter vulnerat.
Elector Palatinus cum Lotharingo reconciliatur.
d. 14. Nov. Fridericus Ernesti Gothani filius primogenitus ducit Magdalenam Sibyllam, Augusti, Ducis Saxo-Hallensis filiam.
d. 9. Dec. moritur Anna Maria, Augusti jam dicti Conjux.
In ITALIA *Neapoli impostor se nominans Philippi IV. filium naturalem virgis cæditur.*

Mense

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Mense Octobri Candia, qvam Veneti tribus abhinc annis jactura 100. millionum & 200000. militum (ut jactitabant) fortiter defenderant, Turcis per deditionem relinqvitur: ita tamen, ut in ipsa insula Venetis relinqverentur Suda, Spinalonga, Carabusa, & non procul abinde Insulæ Tine & Cerigo.
d. 9. Dec. moritur Pontifex Clemens IX.
In Sicilia mons Ætna terræ motu concussus flammas emittit, & fluvium sulphureum, cujus damna superant 400000. *Coronatos.*
In HUNGARIA *Buda olim Regum sedes igne perit, suffocatis flammarum impetu* 4000. *Turcis.*
In GALLIA Mens. Febr. Rex Comitem de Vermandois agnoscit pro filio naturali, sublatum ex Valiera.
Conqvisiti per Belgium loci, munimentis, imò & Citadellis firmantur.
Joh. Casimirus depositô Poloniæ regnô, in Gallia impetrat Abbatiam S. Germani.
Suppetiæ Gallicæ in Candia parum proficiunt. Dux Beaufortius cum classe missus infeliciter pugnans ipse occumbit. Ejus locô Admiralis Gallici dignitatem indipiscitur Dux de Vermandois, filius naturalis trium annorum.
Mense Septembri duæ fœminæ in Gallia conspicuæ moriuntur.
1. Henrica Maria hodierni Regis Angliæ mater, Henrici IV. filia.
2. Francisca Cæsaris de Vendosme relicta Vidua.
Mense Octobri Legatus Turcicus singulari pompâ excipitur.
In HISPANIA Pater Everhardus Nithardus Jesuita, Reginæq; Confessionarius, post longa cum Johanne Austriaco dissidia, Romam ablegatur.
In LUSITANIA Regina ex novo marito d. 6. Jan. parit filiam Isabellam Mariam.
Alfonsus, cum in monasterio res novas videretur moliri, deportatur in Terceram insulam.
In ANGLIA Dux Eboracensis augetur filiâ Henriettâ d. 24. Jan.
In SVECIA pecunia Hispanica accipitur, ob alendos ex pacto fœderis triplicati milites.
In POLONIA novus Rex d. 19. Junii eligitur Michaël Wiesenowviecky

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

vviecky Princeps in regno conſpicuus. Ad feſtum Michaëlis ſuccedit coronatio.

In RUSSIA menſe Octobri oppidum Archangeli ad mare album incendio perit.

In BELGIO Seelandi inter ſe diſſidentes denuò conciliantur.

Per omnem ferè Europam vagatur impoſtor Joh. *Michaël Cigala, neſcio cujus Principis filium ſe mentiens.*

M DC LXX.

In GERMANIA d. 20. Febr. Imperatori naſcitur, & paulò poſt moritur filius.

Decem Alſatiæ Civitates Regi Galliæ promittunt, ſe præſtituros homagium, ſi modò cæteroqvin ſalva maneret libertas.

Comes Hanoviæ hactenus Reformatæ religionis, ad Catholicos tranſit: cùm verò adimere civibus vellet templum, Landgravius Haſſiæ auxilia laturus, eundem à propoſito abducit.

d. 12. Maji Principi Electorali Dresdæ naſcitur alter Filius Fridericus Auguſtus.

d. 12. Jun. moritur Erdmuth Sophia filia Electoris Saxoniæ, nupta Chriſtiano Erneſto Marchioni Byruthino.

Menſe Jul. Viennâ pelluntur Judæi, Synagogis in templa converſis.

d. 29. Jul. Viennæ Johannes Adolfus, Comes Schvvarzenbergicus, fit Præſes Judicii Aulici.

Comitatus Tyrolenſis terræ motu concutitur.

Lotharius Fridericus Baro de Metternich, Epiſcopus Spirenſis, fit Coadjutor Moguntinus.

Höxtera, Civitas Abbatiæ Corbeyenſis, premitur ab Epiſcopo Monaſterienſi, qvi conſtitutus fuerat Abbatiæ adminiſtrator. Dux Brunſvicenſis, Civitatis protector, eam ſuô milite firmat. Sed annô ſeqventi rebus utrinqꝫ compoſitis, cives relinqvuntur miſericordiæ Epiſcopi.

Colonienſes extendere volunt ſua fortalitia; Elector contradicit, territorium extra mœnia eſſe ſuum, nec poſſe Cives in ſolo alieno ædificare.

Electori Brandenburgico naſcitur filia Maria Emilia.

Menſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Mense Novembri Parisiis moritur Wilhelmus Landgravius, mortui nuper Wilhelmi Casselensis filius primogenitus.

Mense Decembri moritur Maximilianus Emanuel, Bavariæ Electoris filius primogenitus.

In HUNGARIA adversus Cæsarem patefacta conspiratio. Comites Serini, Nadasti, Frangipani, & Joh. Ferdinandus Tattenbachius ducti in carcerem, mox subeunt capitis supplicium.

Cæterùm qvod Tattenbachius læsæ Majestatis reꝰ amisisset Comitatum Reinsteinensem in districtu Halberstadiensi, de Feudi dominio inter se concertant Elector Brandenburgicus & Dux Brunsvicensis.

Hungari de privilegiis sibi timentes Imperatori se opponunt, ast pleriq; adductô milite cedunt necessitati; alii arma armis repellere nituntur.

In ITALIA d. 29. Apr. Emilius Altieri fit Pontifex, assumptô nomine Clementis X.

d. 24. Maji moritur Ferdinandua II. Florentiæ Dux, succedit filius Cosmus, variis per Europam itineribus notus.

TURCA Matris insidiis tentatus, qvæ filium alterum optaret Imperatorem, Constantinopolin deserit.

In GALLIA Rex Ducem Creqvium mittit, ut occuparet Lotharingiam, ne bello qvidem denunciato. Dux cum Conjuge & filiis vix habet effugiendi spatium. Causa prætexitur, Ducem contra Pacem Pyrenæam aluisse milites: cum tamen notum esset, milites durantibus cum Palatino controversiis non potuisse dimitti. Sic Ducatus redactus in formam provinciæ Gallicæ, neqvicqvam protestante Imperatore.

Henricus Carolus Princeps de Tarento Ducis Trimovillæi filius, qvi hactenus militaverat sub Hollandis, abdicata functione in Galliam concedens, Pontificiam religionem amplectitur.

Rex in Belgium susceptâ expeditione, postqvam Dunkerkæ & alibi spectasset Comœdias, ac Ducissam Aurelianensem dimisisset in Angliam, redit Lutetiam.

In HISPANIA Johannes Austriacus ab aula remotus Saragossæ versatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

In Gubernatione Belgii loco Conestabilis Castiliæ succedit Comes de Montery.

Mense Septembri cum Anglis circa negotia Indiæ Occidentalis pax stabilitur.

In ANGLIA commerciorum tractatus cum Danis restituitur.

d. 23. Jan. moritur Dux de Albemarle, postqvam ante biduum filii celebrasset nuptias. Rex ipse procedit in exeqvias, qvod sciret hujus ministri opera sibi restitutum regnum.

Fœdus triplicatum nunc perficitur, hâc lege, ut Rex Angliæ paratos habeat 10000. pedites, 1000. eqvites, & 40. naves bellicas; Rex Sveciæ 12000. pedites, 4000. eqvites; Hollandia 10000. pedites, 2000. eqvites, 40. naves. Sveci verò subsidii loco ab Hispanis accipiant 200000. taleros; postea in singulos menses, si pax sit, 10000. coronatos; si bellum ingruat, coronatos 60000.

Interim Mense Majo Henrietta Regis Angliæ soror, Ducis Aurelianensis Conjux, in Angliam trajicit, visura fratrem; sed qvemadmodum eventus comprobavit, destructura machinas fœderis triplicati.

d. 30. Jun. Ducissa jam nominata redux à fratre improvisa morte occumbit.

Mens. Nov. Princeps Arausionensis in Angliam proficiscens splendidè excipitur, tanqvam proximus Regiæ familiæ cognatus, concessâ ordinis superioritate etiam ante Rupertum Palatinum.

In DANIA d. 9. Febr. moritur Rex Fridericus III. Succedit Filius Christianus V.

Mense Juniô Thomæ Bartholini, celeberrimi Medici ac Anatomici Bibliotheca, cum manuscriptis nondum editis, igne consumitur.

In POLONIA Rex impetrat Mariam, Imperatoris Leopoldi sororem, eamq; Censtochovvæ d. 27. Maji sibi solenniter collocat.

Ipsa Regina d. 19. Octobr. coronatur.

Princeps Radzivil, qvi nomine Electoris Brandenburgici gubernaverat Prussiam, moritur, ejusq; loco constituitur Ernestus Bogislaus Dux Crojensis, hactenus Gubernator Pomeraniæ.

In RUSSIA d. 27. Jan. moritur Alexius Alexivviz, Magni Ducis filius primogenitus.

Stepha-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Stephanus Razin Rebellis Regnum Astracanense occupat.

In BELGIO, qvòd Rex Galliæ gravi telonio merces Batavicas onerasset, neq; tamen Legatos injuriam deprecantes audiret, vicissim prohibentur merces Gallicæ, qvæ causa belli atrocissimi.

M DC LXXI.

In GERMANIA, postqvam controversia Höxterana esset composita, Dux, ut esset operæ pretium conscripsisse milites, auxilio reliqvorum Ducum Lüneburgensium Brunsvigam obsidet, eamqve d. 11 Jun. deditione capit.

Christianus Ernestus Marchio Byruthinus ducit Sophiam Ludovicam, Eberhardi Ducis Würtenbergici filiam.

Mense Octobri moritur Dux Plœnensis, ob controversiam Oldenburgicam notus.

Carolus, Electoris Heidelbergensis filius, sibi collocat Wilhelmam Ernestinam, Regis Daniæ sororem.

Comes Schvvarzenbergius ad dignitatem Principis evehitur.

d. 22. Octobr. Johannes Adolfus, Saxoniæ Dux, sibi collocat Johannam Magdalenam ex Familia Saxo-Altenburgica.

In HUNGARIA continuantur turbæ ob clausa Lutheranorũ templa.

In GALLIA *Sorbona laborat periculoso incendio.*

Rex denuò suscipit expeditionem versus Belgium, mirantibus cunctis, cur brevi rediret sine armorum aliqvo effectu.

d. 10. Jul. Philippus, Regis Galliæ filius secundogenitus, moritur.

Mense Novembri Elisabetha Charlotta, Electoris Heidelbergensis filia collocatur Duci Aurelianensi, eumq; in finem assumit religionem Catholicam.

Comes de Lauzun, qvem Rex Galliæ hactenus habuerat in deliciis, subitò captus in custodiam deducitur. Causam plurimi subesse credebant, qvod ambiisset matrimonium Annæ Mariæ de Mompensier, qvæ filia est Johannis Baptistæ Gastonis e priori matrimonio nata 1627, ditissima Galliæ virgo: ut Rex non immeritò caveat, ne hæreditas splendidissima in alienas delabatur manus, sed ista mortua, redeat ad Coronam.

In HISPANIA cum d. 6. Jun. inter Sanctos referretur Ferdinandus III. Castiliæ Rex mortuus 1252. ignibus missilibus noctu excitatis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Escuriale S. Laurentii monasterium à Philippo II. 20. millionibus constructum, corripitur. An servata fuerit Bibliotheca rarissimis manuscriptis celebrata, eqvidem ignotum est. Rex de restitutione curam suscipit.

Classis argentifera 12. millionibus dives appellit.

In LUSITANIA Pontifex Regem agnoscit, misso illuc nuncio. Sed qvod in literis illustrem Portugalliæ Regem sine nomine expressisset, nondum videbatur satisfactum petitioni toties iteratæ.

In ANGLIA d. 10. Apr. moritur Conjux Jacobi Ducis Eboracensis Regii fratris, qvæ fuerat Cancellarii filia.

Regi Sveciæ ac Electori Saxoniæ confertur insigne Periscelidis.

Dublini in Hibernia Regium Armamentarium igne consumitur.

Aliqvi audent Coronam & sceptrum Regis Angliæ auferre, occisò custode: sed captis aliqvibus, insignia restituuntur.

Mense Augusto Conjux Legati Anglici, reditura ex Hollandia in Angliam, navi regiâ vehitur. Cui obviam veniens Hollandicus Admiralis de Gent, cum veli demissione debitam salutationem non præstaret, Capitaneus Anglicus qvinqꝫ tormentorum ictu indignationem testatur, plura tentaturus, nisi fœminam vexisset, cui ob gravidum uterum displosio tormentorum videbatur noxia. Interim Rex nimium exaggerat negotium, qvô 19. articulus pacis Bredanæ esset violatus, tandemq; ex hac causa belli prætextus arripitur.

In DANIA 7. Jun. Rex novus Fridericoburgi solenniter coronatur.

d. 11. Octobr. eidem nascitur filius primogenitus Fridericus.

Sub idem tempus Duci Gottorpensi nascitur filius Fridericus.

In POLONIA defensio paratur adversus Turcas, qvi Roxolaniam s. Ucraniam, ut vocant, sibi vindicare incipiebant.

In RUSSIA *Rebellis Razin captus, tormentisq; subjectus, miserabili supplicio extingvitur.*

In BELGIO continuatur edictum adversus merces Gallicas, iisdemqve imponitur vectigal, dimidium rei pretium attingens.

Elector Coloniensis jam fœderi Gallico implicitus, ut honestam habeat causam adversus Batavos, restitutionem Rheinbergi denuò urget.

MDC

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

M DC LXXII.

In GERMANIA d. 7. Jan. Johannes Hugo de Orsberck, Decanus Ecclesiæ Cathedralis Spiræ, fit Coadjutor Trevirensis.

Elector Coloniensis cum Civitate reconciliatur, remissis articulis difficilioribus ad Cameram Spirensem: inde milites Hollandici, hactenus in Civitate commorati, dimittuntur, receptis eorum loco præsidiis Circuli Westphalici.

d. 11. Febr. Augustus Sax. Dux Adm. Magd. sibi denuò despondet Johannam Walpurgin Comitissam Leiningensem.

Abbas Fuldensis tiaram Cardinalitium impetrat.

In Silesia d. 17. Febr. moritur Christianus, Dux Lignicensis: Filius Georgius Wilhelmus duodecim annorum mittitur ad Electorem Brandenburgicum. Paulò post Lignicii dimidiam partem igne consumitur.

d. 14. *April. moritur Fridericus Wilhelmus, Dux Saxo-Altenburgicus. Succedit Ernestus* Gothanus, *ex parte Fratres Vinarienses.*

Postqvam Rex Galliæ declarasset bellum adversus Belgas Confœderatos, Elector Coloniensis & Episcopus Monasteriensis ex fœdere eidem ferunt suppetias. Coloniensis Novesium Gallis tradit. Monasteriensis circa Isalam fluvium feliciter progreditur. Interim Rex per Legatos & apud Imperatorem, & Ratisbonæ apud Delegatos Statuum, sincerationib9 suis testatur, nihil fieri, qvod posset præjudicium vel periculum attrahere Imperio. Ast ubi Rhenanæ provinciæ vicinum militem sentirent nimis ferocem, Imperator & Elector Brandenburgicus, facto cum Hollandis fœdere, sub pacto certorum subsidiorum, arma capiunt, deductoq; per Hassiam milite, Coloniensem & Monasteriensem invadunt. Gallus Turennium mittit, qvi progressus impediret.

Leodium videtur inclinare ad partes Imperatorias.

Argentorati à Gallis *Brissaco venientibus aliqva pars pontis Rhenani comburitur.*

Elector Brandenburgicus, qvi d. 14. Jan. *auctus fuerat filio Alberto Friderico; jam d.* 30 *Dec. alterum tollit filium, Carolum Philippū.*

Johannes Casparus Magister Ordinis Teutonici, simul declaratur Palatinus Hungariæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Hungari indies graviorem sentiunt persecutionem erga Lutheranos: multi armis libertatem defendunt.

In ITALIA horrendus terræ motus oppidum Rimini s. Airminum evertit.

In Archipelago aliqvot insulæ merguntur.

Messinæ in Sicilia tumultus oritur adversus Principem de Ligne, Vice-Regem, summa cum plebis rabie & licentia.

Sabaudiæ Dux denuò cum Genuensibus parum felices manus conserit: fugatus aliqvoties, inducias largitur.

In GALLIA bellum decernitur adversus Belgas fœderatos.

d. 1. Mart. moritur Regis filia qvinqvennis.

Mens. Jun. eidem nascitur filius Ludovicus Franciscus, qvi tamen non sine Regis mœrore mens. Nov. moritur.

d. 16. Dec. moritur Joh. Casimirus, Poloniæ Rex, qvi in Gallia qvietem qvæsiverat. Principissa Palatina Reginæ jam defunctæ soror splendidam obtinet hæreditatem: Christina Sveciæ Regina, ex aliqvo agnationis jure eandem sibi deberi affirmans, nihil impetrat.

In HISPANIA nondum obtineri potest, ut bellum conjunctis Germanorum viribus ad defendendos Belgas apertè suscipiatur.

Lusitani expellendis & proscribendis Judæis occupantur.

In ANGLIA Rex pecuniâ Gallicâ instructus qværit causam belli Hollandici; simulat tamen fœderis triplicati observantiam, expectans classem mercatoriam Smyrnâ venientem, qvam de pace securam vellet diripere. Ast ubi classis apertam hanc inimicitiam exiguo suo damno sensisset, & nunc Hollandis constaret, qvid in animo volveret vicinus; Angli promulgant solennem belli declarationem, additis causis, qvarum satisfactionem Hollandi sæpius obtulerant. Interim Hollandi naves Anglicas arresto constringunt. Has enim admonere Anglus non potuerat.

Dux Montmouthensis, Regis filius naturalis, cùm militum manu trajicit in Galliam.

d. 28. Maji Angli & Batavi navibus congrediuntur. Batavi amissis Capitaneis fugam capiunt.

Hollandis pacem prece & pretio qværentibus durissimæ proponuntur conditiones: assumerent Principem Auriacum, eidemqve jura superioritatis (Souverainité) transscriberent.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

In DANIA d. 22. Nov. Regi nascitur filius Christianus Wilhelmus.

Dux Richemondiæ Anglicus in Daniam Legatus, Helsingœræ navigando se recreans, exscensurus mari lethaliter mergitur.

In SVECIA Aula perstrepit Legatis. Sunt tamen, qvi factionem Gallicam præsagiunt in isto regno potentiorem.

In POLONIA *Festo Paschatos moritur Regis mater.*

Adversus Turcam dubia geruntur arma. Confœderatio enim inter Nobiles facta ad defendendam Patriam à qvibusdam impugnatur, inter qvos Archi-Episcopus Gnesensis Regni Primas, qvi tamen multùm laborante Pontificis nunciô, tandem à proscriptione ac perduellionis pœna absolvitur.

Interim durante discordia Turcæ Caminiciam, celeberrimum Podoliæ propugnaculum, occupant, Polonisq; tantâ victoriâ consternatis d. 18. Octobr. pacem satis pudibundam extorqvent, cujus vigore universa Podolia Turcis relicta, tributumq; annuum 22000. Ducatorum Poloniæ impositum.

In BELGIO *Petrus Grotius, Legatus ad Galliæ Regem testatur, non esse, cur arma Gallica timeantur, qvippe qvibus propositum non esset fœderatos Status invadere.*

Interim mense Junio eventus Consilia Gallica aperuit. Gallus enim qvasi torrente militum terras inundans 1. Jun. fortalitium Lippense prope Vesaliam, 3. Jun. Buricum, 4. Jun. Vesaliam ipsam levi opere subjugavit. Die post Orsoyum tentatâ defensione impetum non sustinuit. Rees, Emericum & Rheinberga ne expertis qvidem viribus, deditionem faciunt. Monasteriensis ex altera parte occupat Borckelo, Lingam, Oldenzielam, Grollam Mœrsiam.

Eôdem adhuc mense Gallis subjiciuntur, Campenia, Daventria Zütphenium, Arnhemium, Narda, Fortalitium Schenckianum ac tandem Ultrajectum, cujus templum Cathedrale à Cardinali Bullionensi solenniter ritu Pontificio consecratur.

Amstelodamenses sibi à propinqvo hoste metuentes, apertis cataractis, accessum reddunt difficilem.

Mense Juliô à Gallis deditione occupatur Gravee ad Mosam clavis Brabantiæ; à Monasteriensibus Cœverda clavis terræ Groningensis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

gensis. Inde paratur obsidio Grœningæ, qvam tamen Carolus Rabenhauptius fortiter defendit, ut hic initio appareret partibus Gallicis omnia non esse pervia.

Rex Galliæ, qvi poterat honestissimis conditionibus pacem obtinere, dum articulos nimium duros, & cuivis subdito minus tolerabiles urgere pergit, occasionem amittit fortassis intra seculum non redituram.

Miserum tamen Belgium externô hoste pressum, internis seditionib9 cœpit laborare, in qvo tumultu Princeps Auriacus demum obtinuit, ut supremus belli Capitaneus declararetur & potentiam acqvireret suis Majoribus ampliorem. *Wittii fratres libertatis defensores, ac adversus incrementa Principis iniqviores, aliqvoties insidiis tentati d. 20 Aug. Amstelodami à plebe furente in minutas partes dilacerantur.*

Petrus Grotius cum multis aliis proditionis reus fugam capit.

d. 20. Dec. Rabenhauptius stratagemate nocturnô Cœverdam intercipiens, Hollandis primam victoriæ spem ostendit.

Ex Africa narratur mors Tafilettæ.

M DC LXXIII.

In GERMANIA *Landgravius Hasso-Darmstadiensis conqveritur de damno per hospitationes militum facto.*

d. 12. Febr. Herbipoli moritur Joh. Philipp9 Elector Moguntinus, in Electoratu succedit Lotharius Fridericus jam Coadjutor: in Episcopo Herbipolitano Johannes Hartmannus à Rosenbach. Sebastianus Pöttingensis Comes, fit Episcopus Passaviensis.

Galli Comitatum Marcanum & reliqvas Westphaliæ provincias miserè diripiunt: Imperator cum Brandenburgico se opponunt. Colonia Agrippinæ designatur ad tractatus Pacis, eoq; jam mittuntur controvertentium Legati.

d. 12. Mart. Margareta Teresia, Imperatoris Conjux moritur.

d. 29. Maji Elector Brandenburgicus cum Rege Galliæ, item Coloniensi & Monasteriensi pacem pangit particularem, præstitâ à Rege non solum satisfactione, ob illatas terris injurias, sed etiam restitutis omnib9 locis, qvi Hollandis erepti, pertinerent ad Ducatum Clivensem.

Elector

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Elector Trevirensis, cùm videret Gallum urgere, ne amplius esset neutralis, in Ehrenberti petram, Castellū Rheni Confluentiæ oppositum, admittit præsidia Imperatoris. Inde irritatus Gallus mittit, qvi territorium ejus fœdissimè divexarent. Ipsa Augusta Treverorum suppetiis destituta d. 30 Aug. sese dedit.

Interim Turennius progreditur usq; in Franconiam. Imperator Egram se confert, ibidemq; de Germania defendenda propioribꝰ indulget consiliis. Adsunt, præter Electorem Saxoniæ, Principes non pauci.

Postea Mense Septembri Gremonvillæus, Legatus Gallicus Viennæ residens, jubetur discedere. Germani sub Gallo militantes, promulgatò edictò d. 22. Julii, sub gravissima pœna domum revocantur. Præterea fœdus inter Imperatorem, Hispanum & Hollandos absolvitur, inclusis simul Treverensi & Lotharingo.

d. 15. Octobr. Imperatori denuò copulatur Claudia Felicitas Archi-Ducis Oenipontani relicta filia.

In Archiepiscopatu Coloniensi superant Germani. Ipse Elector sibi metuens securitatem qværit in monasterio.

d. 6. Nov. Wilhelmus Ludovicus, Princeps Würtenbergicus ducit Magdalenam Sibyllam è domo Darmstadiensi.

Mens. Dec. Ludovicus, Comes Palatinus in Simmern, moritur sine haerede. Succedit igitur Elector Palatinus.

Hamburgi ob rem monetariam consultatur.

In ITALIA Resp. Genuensis cum Sabaudo reconciliatur; articuli difficiliores committuntur tribus Academiis, Patavinæ, Bononiensi & Ferrariensi. Paulò post Gallus Repressaliis agit adversus Genuenses, qvod in suo portu navibus Hollandicis præstitissent securitatē.

Ad Pontificem venit Legatus Moscoviticus, sollicitans auxilium adversus Turcas, cùm ipse constituisset juvare Polonos.

In HUNGARIA Oedenburgi (Sempronium vocant) ut & in aliis locis exiguntur Lutherani, qvæ res novorum motuum materiam suppeditat.

In TURCIA *Constantinopolis sævissimam pestem experitur.*

In GALLIA mens. Jun. Duci Aurelianensi nascitur filius.

Nuncius advenit Gallos, in Orientali India ab Hollandis miserè exceptos, omniq; spe privatos, reditum parasse.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Rex in Belgium proficiſcens Trajectum ad Moſam obſidet, amiſſisq; 8000. militibus, deditionem impetrat d. 30. Jul.
Idem Rex bis ab ictu fulminis parum abest. Primò Sedani d. 16. Jul. deinde prope Nouvillam d. 13. Aug.
Sub finem menſis Auguſti Rex proficiſcitur in Alſatiam.
Epiſcopus Baſileenſis, hactenus Bruntruti reſidens, Canonicis Friburgi in Briſgovia commorantibus, ad pedes Regis ponit prætenſiones ſuas adverſus Baſileam. Decem Civitates Imperiales Alſatiæ miſerè ſubjugatæ, omnibus munimentis denudantur, ac hoſpitatione militum ad incitas rediguntur.
Rex in Galliam reverſus, intelligens à parte Hiſpanorum ſibi imminere bellum, virgines & fœminas Hiſpanicæ nationis è Gynecæo Reginæ dimittit, vix retento Confeſſionariô, qvem Regina lingvæ patriæ maximè callens non videbatur abrogatura.
d. 24. Nov. Caſtellum Arauſionenſe in Gallia Regi ſe dedere cogitur
In HISPANIA magnus mœror ob defunctam Imperatricem.
Solatium affert Claſſis 20. millionum dives.
In Comitatu Burgundiæ gliſcit ſeditio.
In Catalonia jam ſeſe oſtendunt arma Hiſpanorum, donec d. 15. Octobr. bellum adverſus Gallos ſolenniter declararetur, Gallus reciprocam declarationem edit d. 20. Octobr.
Menſe Septembri Legato Luſitanico Madritii infertur injuriam, maleferiatis qvibusdam hominibus habitationem ejus invadentibus, qvod aliqvi ex domeſticis vigiles nocturnos malè mulctaſſent.
Regina poſtero die miſſis præſidiis factum excuſat.
Meſſinenſes nondum qvieſcunt.
In LUSITANIA *Regi d. 19. April. naſcitur filia Iſabella Ludovica.*
Menſe Novembri gravis adverſus Regem detegitur conſpiratio, provocantibus qvibuſdam ad Alfonſum, aliis ad Joh. Auſtriacum.
In ANGLIA d. 7. Jun. adverſus Belgas mari pugnatur, juvantibus Gallis, ſed æqvo Marte diſceſſum, qvòd utrinqve jactaretur victoria.
d. 15. Jun. nova pugna, in qva fortuna favet Belgis.
d. 20. Aug. tertia pugna, Gallis turpiter diffugientibus vincunt Belgæ.

Ja-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Jacobus Dux Eboracensis Regis frater ex Italia Eleonoram Estensem Ducis Mutinensis filiam adducit, eamq; tacitè imo apertè indignantibus Statibus, in matrimonium sibi collocat: Rex enim in nupero Parlamento promiserat, velle se ad extirpationem religionis Catholicæ in suo regno omnia contribuere.

In DANIA Comes de Güldenlövv, Regis frater naturalis, in Norvegiam mittitur, gesturus ibi Gubernatoris Provinciam.

In SVECIA sub initium anni Rex annum 18. aggressus, Regimen Majorennis suscipit.

Comes de la Garde, Legati personam sustinens, singulos Germaniæ Status ad fœdus Gallicum invitat.

In POLONIA Confœderati cum Malè-contentis plenam stabiliunt gratiam.

Ecclesiasticis personis imponitur tributum bello Turcico, qvod denuo neqvicqvam conclusâ pace gliscebat, impendendum: Monachorum & Monialium capita singula æstimantur tribus vel duobus florenis.

d. 10. Nov. Michaël Rex moritur.

d. 11. Nov. Poloni ad fluvium Borysthenem felici victoriâ Turcas fundunt.

In BELGIO Monasteriensis Episcopus extructo aggere Cœverdam recuperaturus, violento aqvarum affluxu decipitur, suffocatis aut fugatis militibus.

Principi Arausionensi, licet non esset Catholicus, à Rege Hispaniæ præter leges Ordinis, mittitur Vellus aureum. Ipse in titulo se appellari patitur Altitudinem Regalem.

d. 13. Sept. Narda recuperatur. Inde Galli videntes sibi imminere hostes potentiores, nec posse militem inutiliter per præsidia Hollandorum distribui, evacuatis locis non contemnendis, d. 9. Nov. Ultrajectum qvoq; relinqvunt. Postmodum reliqvæ Belgii provinciæ dubitant, num Ultrajectenses ad antiqva privilegia fœderis essent admittendi: qvod tamen hominibus bello oppressis post levem controversiam, denuò concessum.

NB Gayland victor Tafiletta in Africa, Regni Fessani & Maroccani possessor, in eodem campo, qvo 1578. occubuerat Sebastianus Portugalliæ Rex, pugnans occiditur. Successor declaratur victor Muly Ismaël, excluso fratre Gaylandi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

M DC LXXIV.

In GERMANIA Elector Brandenburgicus cum Rege Veciæ fœdus pangit.

Comes Gottlieb de Windischgräz, Legatus Imperatoris ex aula Danica veniens, Hamburgenses cum Senatu reconciliat.

Elector Moguntinus ex hæreditate Simmerensi, arcem Bœckelheim sibi vindicat: Palatinus minatur vim reciprocam: sed interponentibus sese Bavaro & Saxone, res tandem ad qvietem redigitur.

Galli invadunt ditiones Electoris Palatini: Imperatoriæ copiæ, junctis militibus, qvos miserat Elector Saxoniæ, tempestivas ferunt suppetias.

Leodienses sæpius moniti ab Imperatore, malunt neutralitatem.

Ditio Juliacensis, qvòd Gallis favisset Neoburgicus, infestatur ab Hispanis.

Coloniæ parum procedunt tractatus pacis; sed inter Legatos comparuerat Wilhelmus Princeps Fürstenbergius, Belli Gallo-Belgici fa & tuba. Hunc igitur d. 14. Febr. milites Cæsareani per astum arripiunt, ac primò Bonnam, qvam nuper Cæsareani occupaverant, postea in Austriam deducunt. Galli protestantur, allegantes Legatorum inviolabilitatem: Austriaci respondent neq; hunc fuisse Legatum, neq; mereri impunitatem, qvi, promulgatis per Germaniã avocatoriis mansisset in servitiis Gallicis.

Mense Martio Ratisbonæ præstatur juramentum à futuris Ducibus in exercitu nomine Imperii adversus Gallos ducendo. Generalis Campi Mareschallus est Fridericus Durlacensis; Generalis Locumtenens Ernestus Landgravius Hassiæ; Generalis Eqvitum Maximilianus Bavariæ Dux; Generalis Peditum Dux Würtenbergensis; Generales Vigiliarum præfecti s. Majores, Joh. Georgius Saxo-Isenacensis, Christianus Ernestus Marchio Byruthinus, &c.

Eòdem Mense Galli Coloniæ aliqvot vascula pecuniæ plena destinaverant stipendiis suorum militum, in præsidiis Novesii degentium. Cum verò simularent vehere vinum adustum, re exploratâ, milites Cæsareani pecuniam ereptam, jussu Cæsaris detinent. Inde enata Gallis & Svecis causa conqverendi, nisi Fürstenbergius

cum

cum pecunia restitueretur, de pace ne tractari qvidem posse. Certè Legati paulò post abitum parant, ruptis ita, nullo cum fructu, tractatibus.

d. 9. April. Monachii maxima pars Palatii Electoralis, cum insigni apparatu, flammis consumitur, qvas excitaverat cereus convolutus in Gynecæo non extinctus.

d. 13. Apr. Gravellius Legatus Gallicus ad Comitia Ratisbonensia jubetur discedere, adeoque Galli pro publicis Imperii hostibus habentur.

Trevirensis Civitas à Gallis munitur, qvem in finem suburbia cum monasteriis splendidissimis destruuntur.

Turennius cum exercitu progreditur in Alsatiam, sub finem Aprilis.

Elector Bavariæ creditur clam favere Gallis.

d. 12. Maji Elector Coloniensis cum Hollandis pacem restituit particularem, adeoque Imperatori etiam reconciliatur: Bonna militi Imperatorio, qvoad bellum duraret, relinqvitur. Ipse Elector Brœlii sedem ponit.

Eôdem tempore Monasteriensis pacem Hollandicam amplectitur, renuncians fœderi Gallico, & omnia denuò promittens, qvæ in Pace Clivensi 1666. essent stabilita. Inde milites sese jungunt copiis Imperatoriis.

Elector Palatinus, qvem Galliæ Rex variis promissis solicitaverat, cum Imperatore in apertum fœdus transit. Inde d. 6. Jun. ad Sinshemium acre prælium Gallos alioqvi feroces jussit esse modestiores.

Episcopus Argentinensis Fürstenbergii captivi frater, ab Imperatore qvæsitus, securitatem in Gallia invenit.

Mense Jul. moritur Eberhardus, Dux Würtenbergicus. Succedit primogenitus Wilhelmus Ludovicus, cum aliis sex fratribus.

d. 12. Sept. Imperatori nascitur filia Anna Maria, qvæ tamen Mense Decembri denascitur.

Princeps Schwarzenbergius in Comitiis ad sessionem & votum admittitur.

Elector Brandenburgicus, qvi jam omnia Cliviæ munimenta, etiam Schenckianum fortalitium à Gallo receperat, videns Gallum non inclinare ad pacem universalem, qvod tamen promissum fuerat in particulari: denuò Copias suas educit in Alsatiam, cui accedit Dux Lüneburgo-Cassellensis.

Aſt ante Electoris adventum d. 22. Sept. ad Illkirchum in Alſatia Fœderati Germaniæ cum Turennio manus conſerunt, prælio utrinqve ſatis cruentô.

Menſe Octobri Princeps de Lobkowiz ſupremus aulæ Cæſareæ Magiſter; neſcio ob qvam conſpirationem, & dignitate & libertate excidit.

d. 21. Nov. Cæſareani verſus Belgium agentes, Gallis eripiunt Dinantium ad Moſam. *(moritur.*

Hermannus Fürſtenbergius Comes, Aulæ Bavaricæ ſupremus Magiſter

d. 28. Nov. Argentorati moritur Carolus Æmilius Electoris Brandenburgici Filius primogenitus.

Briſſacum à Fœderatis obſeſſum liberatur à Turennio.

d. 26. Decembr. ad Turckheimium cruenta iterum concertatio eſt.

Finiente anno Sveci per Vitrium Galli Legatum etiam atq; etiam admoniti, militiam in terras Brandenburgicas introducunt, cauſamq; apud Comitia Ratisbonenſia publico ſcripto hanc exponunt: ſe fuiſſe mediatores pacis inter Gallum & Brandenburgicum concluſæ; ideò igitur ſe acceſſiſſe, ut Electorem ad molliores conditiones, & præcipuè ad pacis obſervantiam adigerent: interim ſe nondum exercere apertas inimicitias.

In ITALIA *Romæ à bonis Legatorum exiguntur telonia: unde Legati adverſus Papam & Cardinalem Patronum nimis exacerbati, longas exercent controverſias*

Pontifex deſtinat, bonorum Eccleſiaſticorum decimas ad Bellum Turcicum in Polonia: ſoli Veneti diſſentiunt, timentes videlicet, ne Turca hoc agnoſcerent pro indicio ruptæ pacis.

In HUNGARIA *Eperies turribus & munimentis privatur.*

In GALLIA exercitus in Comitatum Burgundiæ miſſus, eundem, cum omnibus arcibus & urbibus occupat.

Archi Epiſcopus Pariſienſis nomine ſui Archi-Epiſcopatus declaratur Dux & Par Franciæ.

Per univerſum regnum à bonis Eccleſiaſticis exigitur tributum, ut ſcilicet ſuſtineantur belli multiplicis onera.

Menſ. Aug. Duciſſa Aurelianenſis denuò enititur filium.

Evocatio & Subevocatio Nobilium ac Vaſallorum ab anno 1636. non uſitata, nunc ſuſcipitur, (*Galli dicunt le Ban & Arriere Ban*)

Ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Ut autem Nobiles ferant sumptus, omnia eorum bona aliis oppignorata, publicato edicto declarantur libera.

Rex Galliæ à Rebellibus Messinensibus in Sicilia vocatur Rex. Inde non modò suppetias illuc mittit, sed etiam Comitem Vivonnium Siciliæ Pro-Regem designat.

Dux Rohanæus, qvasi Hollandis voluisset prodere nescio qvam civitatem, Hispanis autem vendere filium Regis primogenitum, conjicitur in carcerem, exemploq; satis periculoso primùm torturæ, posteà capitis supplicio subjicitur.

Lotharingiæ Dux aliqvos Nobilium Gallicorum ad Bannum & Arriere-bannum pertinentes, Mense Novembri invadit, illisq; extorqvet multos argento onustos, qvod spectabat ad Ducem Creqvium.

Exundatio Rhodani magnam vicinis campis cladem infert.

In HISPANIA versus Cataloniam & in Belgio strenuè decernitur bellum.

Classis argentifera 10. *Milliones affert.*

In LUSITANIA Status regni filiam Petri Regentis hæredem futuram declarant, si contingat, nullum nasci filium.

In ANGLIA d. 16. Febr. interventu Regis Hispaniæ cum Batavis constituitur pax particularis, rejectis articulis gravioribus ad futuros tractatus.

d. 9. Febr. Ducis Eboracensis filius infans, dolore dentium confectus moritur. Cujus jacturam alius filius Carolus reparat, natq 10. Aug.

Carolus Regis filius naturalis antea Bruxellis in religione Catholica educatus, publicè profitetur religionem reformatam.

In DANIA Rex Mense Juniô cum Imperatore, Hispano & Hollandis fœdus percutit, ut ipse pro subsidiis menstruis 14000. talerorum, dimidiam partem ab Hispanis, alteram partem ab Hollandis solvendorum, alat 10000. pedites, 6000. eqvites, qvi statim in campum possent educi, si aliqvis ex fœderatis, ipse etiam Elector Brandenburgicus, bello peteretur.

In SVECIA simulatur pacis studium, inde Oxenstirnius Legatus ad Imperatorem multa pacis consilia jactitat.

Alius Legatus in Russiā destinatur. Rumor est, peti filiam Magni Ducis; cum tamen alii jam Regis sponsam crederent Dani Sororē

Dux

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Dux Gottorfensis mense Julio in Sveciam profectus, maximis honoribus excipitur; incidens eapropter in suspicionem Regis Daniæ.

In POLONIA d. 20. Maji Rex eligitur Johannes Sobiesky Supremus militiæ Dux, Uxorem habens Ludovicam Mariam, filiam Marchionis de Preqvin in Gallia, qvem ideò Rex Galliæ Ducem & Parem Franciæ declarat.

Turcæ ruptâ pace fortalitium Chocim occupant: postea oppidum Human per vim subigunt, truncatis, vel in captivitatem redactis ultra 100000. hominibus.

In BELGIO d. 2. Febr. Princeps Arausionensis Supremus bellorum terrestrium & maritimorum denuò designatur Capitaneus, unà cum liberis masculis ab eo descensuris.

Rabenhauptius, nescio qvas ob causas minus tractatur ex merito.

Henricus Casimirus Nassovii Princeps constituitur Gubernator Frisiæ Occidentalis.

Mense Majô Classis maritima circum littora Gallica agens, incolas jubet esse vigilantissimos. Postea redit sine successu.

Mense Junio Paulus Würzius, Hollandorum Generalis abdicato munere discedit.

Mense Julio tempestas procellis & fulminibus sævissima, non Hollandiam modo (etsi hanc maximè) sed universas ad Rhenum civitates usq; in Helvetiam, gravissima clade afficit.

Condæus agit in Belgio prope pagum Senef: opponunt se Cæsareani, Hispani & Belgæ. Hoc pugnam detrectante, dum aditum moliuntur in Galliam, Condæus ultima Hollandorum impedimenta invadens, prælio cruento d. 11. Aug. causam dedit. Hollandi & sarcinas & milites amiserunt, multos ex personis illustrioribus captivos reliqverunt; accedentibus tamen Germanis, Galli prædam jactura 6000. militum qvasi redimunt. Fama retulit nullam ferè in Gallia esse familiam, qvæ inde luctum non senserit. Interim Galli jactitant victoriam. *Ast ridiculum fuit, cum Legatus Gallicus Warsaviæ in Polonia vellet nocturnis ignibus triumphum hunc celebrare, excitatô venti turbine destrui pegma cum laternis, obsistentibus postmodum Polonis, ne repeteretur res ipsi cœlo ingrata.*

Hollandi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Hollandi, qvi Duce Reitero missi fuerant in Americam adversus Gallos, re proditâ, sine fructu redeunt.

Oudenarda obsessa & jam ad deditionem parata, durioribus conditionibus tentata, expectat adventum Condæi.

Gravæa ad Mosam, qvorsum Galli desertarum Hollandiæ Urbium munitiones congesserant, post diuturnam obsidionem, desideratis à parte Hollandorum 4000. militib9, per deditionē recuperatur.

In Belgio Hispanico & Fœderato denuò concluditur, licitum esse mercimonia Gallica, jamdudum prohibita, vendere: timentibus videlicet Belgis, ne alioqvin mercaturæ hujus utilitatem prariperent Angli.

M DC LXXV.

In GERMANIA Sveci apud Imperatorem adhuc præ se ferunt pacis amorem. Nihilominus aliqva militum manus jubetur progredi in Silesiam, ad observandas illorum actiones.

Comes Lambergius fit supremus Magister Aulæ Imperatoriæ.

Judæi promittunt, si denuò liceret Viennam redire, se suis sumptibus sustentaturos aliqvot militum legiones: sed spes decollat.

Fœderati ex Alsatia recedunt. Galli oppidis denuo se ingerunt: qvin etiam Dachsteinium, nescio, an ab antiqvo Dagoberto nominatum, Cæsareanis extorqvent, postea demoliuntur.

Brandenburgicus in Franconia militum hibernacula distribuit, ipse Cliviam profectus pergit in Hollandiam.

d. 27. Mart. Virset Citadellæ Leodiensis Præfectus, turpissima proditione, per noctem admittit Gallos: inde Civitas coacta partes Gallicas magis respicere.

Sveci hactenus in Marchia sub prætextu pacis, agrum & oppida penitus exhauserant: ast d. 3. Maj. negato per Löckenizium transitu, viam vi armatâ aperiunt.

d. 19. April. moritur Episcopus *Herbipolitanus, succedit Petrus Philippus Bambergensis.*

Lotharius Fridericus Elector *Moguntinus d. 24. Maj. moritur, succedit Damianus Hartardus de Lejen.*

Svecia in Marchia pro lubitu agentibus. Elector Magdeburgum tacitè transiens, d. 15. Jun. Ratenaviam noctu occupat, ibiqve

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

cæsis plerisq; Wangelinum Chiliarcham rapit in captivitatem, inde collectis ad Fehrbellinum Svecorum militibus, ipse soloEqvitatu instructus victoriam obtinet, ac uno qvasi ictu Svecicam fortunam intervertit.

Paulò post d. 6 Jul. Sveci Imperii hostes declarantur: Imperator Edictô Germanos avocat, qvi militarent sub eorum signis.

Interim in Alsatia Turennio opponitur Comes de Montecuculi, qvi Gallos in angustiis diu detentos, cum exitum qværerent, feliciter profligat d. 16. Julii, numerato inter cæsos Turennio.

Lüneburgici cum cæteris fœderatis Treverensem Civitatem obsident. Dux Creqvius à Rege jussus ferre suppetias d. 11. Aug. turpiter profligatur. Ipse qvidem in Urbem dilapsus; factâ tamen deditione d. 9. Sept. simul captivitati addicitur.

Loco Turennii Condæus mittitur in Alsatiam.

Lotharingiæ Dux d. 18. Sept. moritur. Succedit in prætensione territorii injustè à Gallis occupati, nepos, ex fratre Carolus.

d. 11. Octobr. Imperatori nascitur filia Maria Josepha.

Lüneburgenses & Monasterienses Svecos undiqve premunt in Archi-Episcopatu Bremensi, ubi d. 6. Octobr. Buxtehuda capitur.

Brandenburgicus victricibus armis circa Viadrum versatus d. 31. Oct. Wolgastum occupat.

d. 20. Nov. Georgius Wilhelmus Dux Lignicensis moriens, sine herede tres Silesiæ Ducatus relinqvit Imperatori.

d. 7. Dec. Imperator omnes Svecorum subditos in Germania ab obedientia Regis absolvit, eosq; jubet esse fideles Imperio.

Breme omnium Svecorum bona, jussu Imperatoris, arresto constringuntur.

d. 13. Dec. Wismaria gravem obsidionem passa, ab exercitu Danico per deditionem occupatur. Inde Cives d. 16. Dec. Dano jubentur præstare homagium.

In ITALIA Pontifex promulgat Jubilæum.

Venetiis moritur Dux Dominicus Contarenus, in cujus locum eligitur Nicolaus Sagredus.

Eadem Resp. mediationem Pacis inter partes Austriaco-Gallicas suscipit.

Mense

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Mense Junio Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux moritur, relicto filio Victore Amadeo decem annorum, cujus tutelam suscipit vidua mater.

In TURCIA *filius Imperatoris Mense Julio solenniter circumciditur.*

In GALLIA *Valiera deponit titulum Ducissæ de Vanjour, eumq; relinquit filiæ: ipsa in monasterium digressa, dicitur Ludovica Misericordiæ.*

Quod Hamburgenses edicto Imperatoris admoniti Residentes Gallicum & Svecicum jussissent excedere; Caleti adversus Lubecam, Bremam & Hamburgum declaratur bellum.

In Britannia minori, ut & Burdegalæ propter nimia tributa, oritur seditio. Rex utrisq; minitatur extrema.

In HISPANIA loco Comitis de Montery, Gubernator Belgii designatur Dux de Villa Hermosa.

Svecicus Legatus jubetur aulâ Madritiensi excedere.

d. 6. Nov. Rex Carolus II. impleto anno 14, Majorennitatem ingreditur.

In LUSITANIA *Dux de Cadaval Regis proximus agnatus ducit Ducissam Gallicam è Domo Gvisia.*

In ANGLIA Rex Mediatoris personam strenuè agit.

d. 18. April. Tractatus commerciorum Indiæ Orientalis cum Hollandis absolvitur.

Northampton Civitas opulentissima igne corrumpitur.

In DANIA *Legatus Svecicus qværere dicitur matrimonium.*

d. 25. Jul. Dux Gottorfensis à Rege Rensburgum invitatus, tamdiu detinetur, donec fortalitia sua Danis concederet, ipse omnibus fœderibus renunciaret.

Mense Septembri declaratur bellum adversus Svecos in Germania; at in partibus Norvegiæ demum aperta vis infertur mense Octobri.

In SVECIA magna aulæ consternatio, Regem à pacis mediatione excludi, & à Vicinis tantum non omnibus pro hoste haberi.

In POLONIA Dorossenckius frustra simulat deditionem.

Cohortes Brandenburgicæ revocantur.

Res Turcica versatur in dubio.

d. 7. Dec. Regis filiola moritur.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

In BELGIO Episcopus Osnabrugensis pactum init de præstandis militibus.

Neomagum ad repetendos pacis tractatus designatur.

d. 15. Jun. bellum declaratur adversus Svecos.

Rex Galliæ in Belgium veniens d. 21. Jul. Limburgum jactura 8000. militum ad deditionem cogit.

Mense Novembri & Decembri miserabilis aqvarum inundatio Hollandiæ gravissimam infert calamitatem.

Lector Benevole.

Hucusq; deductus est Novellarum Nucleus. Haberemus jam, qvæ ad præsentem annum hactenus notare licuit. Mortuus in Russia Magnus Dux; mortua Imperatoris Conjux: mortua Conjux Electoris Bavariæ: declaratio Bastardorum in Gallia pro legitimis: spectans ibi res ad defectionem: mutatio Septentrionis satis periculosa, & qvæ sunt reliqva. Sed ista in tempore licebit addere plenius, si qvàm benignè promulsidis hanc vicem acceperis, intellexero. Interim precor DEum, velit lætiorem scribendi materiam huic nostro nucleo imposterum largiri. Tu autem vale feliciter!

S. D. G.

Z
2-6-88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

77

2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88

005646956

Lc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL 2.6.88

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 2.6.88